

CHRIST. FRID. GEO. MEISTERI. D.
PROFESSORIS IVRIVM ORDINARII ET
FACVLT. IVRID. ASSESSORIS
IN
ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA

BIBLIOTHECA IVRIS NATVRAE ET GENTIVM.

PARS TERTIA.


ACCEDIT
INDEX AVCTORVM LOCVPLES.





GOETTINGAE
IMPENSIS VIDVAE ABR. VANDENHOECK
MDCCLVII.

[illegible]



POENITENTIA.

ERNESTVS PETRI de poenitentia morali. Lipſ. 1702. 4.

POLYGAMIA v. *matrimonium.*

De polygamia ſcriptores duas in claſſes abeunt, alii namque bellis de ea ortis ſeſe implicuerunt, alii extra belli ſtatum polygamiam vel defenderunt, vel reiecerunt. Quatuor fere de polygamia prodita ſunt bella, quae ab anteſignanis *Ochinianum*, *Boeckelmannianum* ſeu *Boegerianum*, *Lyſerianum* & *Willenbergianum*, non male vocantur. De ſingulis ordine dicamus.

De bello Ochiniano.

BERNARDINI OCHINI *Senenſis* dialogi XXX. in duos libros diuiſi, quorum primus eſt de Meſſia, continetque dialogos XVIII. ſecundus eſt cum de rebus va-

riis, tum potissimum de trinitatate. Bas. 1563. 8.

Vitam Ochini NICERONIVS *Mem.* T. XIX. p. 166. BAYLIVS *art.* OCHIN. *Obseruationes Sel. ad rem litt. spectant. Tom. IV. obs. vlt.* & STOLLIVS in der Anleit. zur Hist. der Jurist. gelehr. c. VI. p. 452. sq. exhibent. Dialogi ipsi italice primum scripti, a Sebastiano Castalione latine versi sunt. Dialogus vigesimus primus de polygamia agit, in quo Ochini sententia est, si quis vxorem habeat sterilem vel valetudinariam vel frigidam, ipse vero continentiae dono praeditus non sit, hunc debere de hoc Deum implorare; si Deus vero nec donum, nec ad id petendum fidem dederit, tunc faciendum esse id, ad quod Deus impellat; alteram scilicet, non repudiata priori vxore, esse superinducendam, ita tamen, vt quis diuinum instinctum exploratum habeat. Compara hic laudatas *Obseruationes* Tom. V. obs. I. §. XV. sq. vbi auctor miratur, qui factum fuerit, Ochinum tam acres nactum fuisse censores, cum alii ante eum viri longe maioris auctoritatis grauitatisque inter quos Lutherus primo loco nominandus, eadem publice docuerint. Contra Ochinum Hottingerus, **Ioannes Gerhardus** aliique, in suis scri-

ptis

ptis passim egerunt, quorum hic mentionem facere, nihil attinet. Memorandus magis est THEODORVS BEZA, qui singulari scripto *de polygamia & diuortio* Geneuae 1576. edito, & 1591. recuso 8. contra Ochinum ita pugnat, vt primum eiusdem, quem impurum appellat apostatam, argumenta refutet, deinde vero sua proferat argumenta, quae cuncta in obseruationibus repetita vice laudatis prolixe recensentur. Sequitur

Bellum Boeckelmannianum & Boegerianum.

Nimirum seculo proxime elapso cum Elector Palatinus *Carolus Ludouicus* qui in matrimonio cum *Charlotta* Landgrauii Hassiae Wilhelmi V. filia viuebat, adhuc alteram, Baroniam de Degenfeld adsciuisset, hique amores innotescerent, primum.

IO. FRIDERICVS BOECKELMANNVS dissertatione auspiciali, per triduum magna contentione ventilata, polygamiam defendebat Heidelbergae 1661. 4.

Vide *Bibliothecam iuris selectam Struuianam, a Christ. Gottl. Budero emendatam &*

copiose locupletatam, *ex editione octaua, cap. XV. §. XLV. p. 625. sq.*

Boeckelmannianam disputationem pluribus post annis sequebatur.

Daphnaei Arcuarii **kurze, doch unpartheyische und gewissenhafte Betrachtung des in dem Natur und göttlichen Recht gegründeten heiligen Ehestandes, in welcher die seither strittigen Fragen vom Ehebruch, der Ehescheidung, und sonderlich von dem vielen Weibernehmen, mit allem beyderseits gegebenen Beweißthum vorgestellet werden. 1679. 4.**

Autorem fuisse *Laurentium Boegerum* Electoris Palatini Bibliothecarium constat, quem a principe suo ad causam polygamiae agendam fuisse excitatum affirmat SECKENDORFFIVS in *Lutheranismo* L. III. S. XXI. §. 79. *Reimmannus* in Bibliotheca sua theologica p. 696. hanc defensionem polygamiae putat esse acutam & speciosam, & vario eruditionis apparatu instructam, & hoc nomine Ochini, & Lyseri, & aliorum lucubrationibus longe anteferendam. Refert tamen simul, eam ita fuisse exceptam publice, vt auctor sub Electoris Caroli imperio palinodiam canere iussus fuerit, & eam literarum com-

commendare monumentis, quam tamen typis exſcriptam non fuiſſe.

Contra Daphnaeum Arcuarium prodiit SEVERINI WALTHERI SLüTERI Pyrrhonii & Orthophili Unterredung von den in den nechſten Jahren unter den Namen Daphnaei Arcuarii ans Licht gekommenen Betrachtungen des heiligen Eheſtandes. Franckf. 1680. 8.

De hacce controuerſia poſt *Bibliothecam Struuio-Buderianam* l. c. conſuli meretur IO. IOACH. GOTTLOB. AM-ENDE *memoria Inſpectorum Portenſium* p. 29. ſq. not. i). Ad Boegeri aduerſarios referri etiam debet.

IO. MAYERVS in *vxore Chriſtiana* Amſt. 1688. 4. cuius memoriam in Lyſeri aduerſariis recolemus.

De bello Lyſeriano.

Hiſtoriam vitae Ioannis Lyſeri, ex *memoria Inſpect. Portenſium* modo laudata a pagina inde 18. vsque ad pag. 50. ſcriptorum vero ipſius ad materiam de polygamia facientium ex CHRISTIANI GOTTLIBII CLVGII *diatribe epiſtolica de ſcriptis Io. Lyſeri ad tuendam*

ſuadendamque polygamiam editis Witt. 1748. 4. in lucem emiſſa, optime diſcere licet. Nos hic breuem eorum indicem ſubiiciemus.

a) *Lyſeri de polygamia ſcripta.*

I) SINCERI WAHRENBERGII kurzes Geſpräch von der Polygamie.

Colloquium hocce primum in Suecia anno 1671. vulgatum, epiſtolae BALTHASARIS MENZERI *de polygamia & diuortio*, inſcio auctore *Holmiae 1670.* ſub titulo: Herrn D. Balthaſar Menzers Schreiben zu Stockholm, an einen fürnehmen guten Freund abgegeben, über einem mit ihm gehaltenen Geſpräche, betreffend die Polygamie und Eheſcheidung editae oppoſitum eſt. Reſpondit MENZERVS Lyſero in libello cuius frons eſt: Kurzes Bedencken über Sinceri Wahrenbergs kurzes Geſpräch von der Polygamie, quem vna cum Lyſeri colloquio Francofurti 1672. 4. excudi curauit. Vide CLVGIVM l. c. p. 3-18.

II) Diſcurſus inter Polygamum & Monogamum de polygamia, auctore ALETHOPHILO *Germano.* Prodiit iam latine, cum cautione praefatione, & notis marginalibus *Chriſtiani Vigilis*, hu-

ius

ius epiſtolae ad Wahrenbergium ſubnexus. 1673.

Scilicet primum Lyſeri de polygamia dialogum FRIDERICVS GESENIVS *Superintendens Garlebienſis* aſcito *Chriſtiani Vigilis* nomine oppugnandum ſibi ſumſit *Epiſtola ad Sincerum Wahrenbergium Suecum, ſuper polygamia ſimultanea, in qua primaeuum coniugii inſtitutum de non niſi vna vxore ſimul habenda, ſicuti id ab initio generis humani factum, in lege Moſis de non adulterando repetitum, a Chriſto explicatum, & ab Apoſtolis Chriſtianitati traditum eſt, monſtratis etiam, quibus ab hoc deuiatum fuerit, principiis, accurate expenditur, adeoque iis, quibus par eſt, bonae interpretationis & diſputationis legibus apodictice demonſtratur, quam verbo diuino cautum ſit, ne quis vna plures ſimul vxores habeat, quamque adeo contra ſupremam hanc maieſtatis legem praeuaricetur, quisquis, extra illud vxoris ſuae ad genituram datae, adiutorio nondum per mortem deſtructo, alii ſe miſcuerit.* Germanopoli 1673. 4. Huic igitur epiſtolae diſcurſus de quo hic loquimur, adiectus eſt. Conſcriptus fuit ab auctore ſuo, Lyſero, germanice, quem non ſatis latine transtulit *Vigil.* Complectitur cum ipſa Vigilis praefatione, non

nisi duas plagulas, nec notae, margini adscriptae, quarum mentio sit in titulo, aliquid momenti habent, indicante CLVGIO l. c. p. 18. Num discursus hic germanice scriptus vnquam typis exscriptus fuerit, non liquet. Certe *Vigil* in praefatione, eundem prelo saltem destinatum fuisse, adserit. Caeterum auctorem eiusdem ipsum esse Lyserum euicit idem CLVGIVS *p. 19. sq.*

III) Discursus Politicus de polygamia, auctore THEOPHILO ALETHEO, Friburgi, apud *Henricum Cunrath*, anno 1674. 12.

Hoc discursu Lyserus ea, quae in duobus dialogis antecedentibus breuiter strictimque proposuerat, maiori adhibita vi, pluribus etiam copiis instructus, vberius explicare, magisque corroborare studet. Est hic discursus ipsa fere *polygamia triumphatrix*, mox memoranda, quippe quae istum totum complectitur, sola accessione quadam rerum, ad illud quod rei caput est, non pertinentium, locupletata. Vtrumque librum comparauit CLVGIVS l. c. p. 20. sqq.

IV) Politischer Discurs zwischen Polygamo und Monogamo von der Polygamie oder **Vielweiberey, aufgesetzt, und mit mehr**

mehr als 100 argumenten erkläret von I. L. Friburgi apud Henricum Cunrath. 1676. 4.

Confule IO. CHRPH. COLERVM in *Analect. ad Burch. Gotth. Struuii Introd. ad not. rei litt.* p. 171. & CLVGIVM l. c. p. 25. Non confundendus eſt hic diſcurſus cum illo dialogo, quem latinum redditum *Chriſtian Vigil* edidit. Licet enim argumentum & perſonae colloquentes conueniant, tamen & tempore, & nomine auctoris ficto, & numero argumentorum, vterque differt.

V) Diſcurſus politicus de polygamia Friburgi (i. e. Amſtelodami) 1676. 8.

Hanc editionem illam eſſe credit CLVGIVS p. 26. ſecundum quam idem diſcurſus in *polygamia triumphatrice* expreſſus eſt, qui in nota (*) pag. 26. teſtatur, non ſolum ea omnia quae in diſcurſu polygamiae triumphatricis comparent, in hac editione typis iam expreſſa eſſe, ſed etiam ea, quae ibi negligentia correctoris praetermiſſa ſunt, in eadem editione deſiderari.

Tranſeundum nunc eſt ad libros LYSERI in Dania & Suecia diſperſos non nouos illos quidem (conf. CLVGIVS pag. 27.)

nec ab iis, quorum hucusque mentio facta est, diuersos, sed nouo saltem habitu tituloque instructos. Quales sunt:

VI) Das Königliche Marck aller Länder. Freyburg 1676. 4.

PLACCIVS *de script. Pseud. L. I. c. XI. nr. 1876.* quem IO. CHRIST. KLOZIVS *de libris auctoribus suis fatalibus, Witt. 1728. 4. §. IX. p. 12.* sequitur, verba das Königliche Marck, *forum regium* vertit, alii vero, inter quos IO. IOACH. GOTTLOB AM ENDE est, in *Mem. Insp. Port. p. 27. not. a)* per *medullam regiam* interpretantur, quod Lyserus docere voluerit, e libertate plures habendi vxores, peti oportere conseruationem, augmentum, & medullam quasi prouinciarum. Quam interpretationem esse verissimam mentique Leyseri conuenientissimam, ex Lyseri dialogo 1673. a Vigile edito, & discursu politico 1674. publicato extra omnem dubitationem posuit CLVGIVS l. c. p. 27. sq. Ad ipsam vero medullam regiam, vt reuertamur, eam eundem librum, mutato saltem titulo, esse ac Discursum politicum germanice conscriptum eodemque anno vulgatum, de quo in superioribus verba fecimus, docent AM ENDE & CLVGIVS ll. cc. ille quidem p. 27. hic p. 28. Sed hoc scriptum iussu

fu regis Daniae Christiani V. manu carnificis combustum, Lyserus vero solum vertere iussus est. Edictum regium ex Vogtii Catal. libror. rar. p. 425. repetiit laudatus AM ENDE *l. c. p. 40. not. n*).

VII) Gottlieb Wahrmunds gewissenhaffte Gedancken vom Ehestande.

In Dania nempe & Germania spe sua excidens Lyserus in Sueciam delatus, merces suas Holmiae venales exponere coepit, adscito *Wahrmundi* nomine, sub quo librum, de quo hic sermo est, edidit, eumque ipsum & in Suecia, ipso inspectante Lysero a carnifice flammis deletum. Sententiam de Lysero eiusque libro latam suecicam ex Wernsdorfio exhibet AM ENDE p. 40. sqq. Ipse autem Wahrmundi liber a discursu politico, qui anno 1674. prodiit, diuersus esse non videtur. CLVG. l. c. p. 32.

VIII) Polygamia triumphatrix, id est, discursus politicus de polygamia, cum notis Athanasii Vincentii, omnibus antipolygamis vbique locorum, terrarum, insularum, pagorum, vrbium, modeste & pie exposita. Londini Scanorum (vel potius Amstelodami) 1682. 4.

Scri-

Scriptum hoc Lyseri de polygamia vltimum, discursum politicum toties ante variis accessionibus auctum, adeoque crambem saepe coctam exhibet. Pologamiae triumphatricis nomen ei dedit, falsa persuasione animi ductus. Opposuerat enim Io. Brunsmannus, de quo mox dicendi locus erit, Lyserianis libellis Monogamiam victricem; hunc igitur auctorem, quum Lysero animus fuit, imprimis in notis sub Athanasii Vincentii nomine subiectis refutandi, vt lectori persuaderet, Brunsmannum vbique inferiorem euadere, librum suum hoc nomine superbire voluit. Adi CLVGIVM l. c. p. 34. sqq.

Nomina armorum, quibus a Lysero pugnatum est, indicauimus, causam belli, argumentorumque pondera, ex ipsis Lyseri & aduersariorum scriptis cognoscenda, omittentes; eos vero, quibus vel copia, vel tempus istorum perlegendorum deest, ad CLVGII libellum saepius laudatum remittimus. Pro re nostra, dixisse sufficiat, Lyserum polygamiam tanquam rem maxime naturalem, diuinam atque catholicam laudare, immo viam vitae praedicare, eosque, qui eam probent, vere illuminatos esse. Conf. *Obseruatt. sel.*

ad

ad rem litt. pert. T. V. obſ. I. §. XXIII. p. 42. Sequuntur nunc

b) *Lyſeri aduerſarii.*

BALTHASAR MENZERVS & CHRIST. VIGIL ſeu potius FRIDERICVS GESENIVS, de quorum telis in Lyſerum coniectis, in antecedentibus ſub nr. I. & II. quantum ſatis, dictum eſt. Nec tamen ſilentio hic praetereundum, ex errore Geſenii, qui SAM. PVFENDORFFIVM ſub Wahrenbergii latere nomine credebat, inter hunc atque illum acerbiſſimam Geſeniique laudi difficilem litem ortam eſſe, cuius hiſtoriam eleganter pertexuit CLVGIVS p. 7. ſqq.

IOANNES MVSAEVS, qui edidit diſſertationem de quaeſtione controuerſa, an coniugium, primaeua eius inſtitutione ſalua, inter plures, quam duos, eſſe poſſit? qua cumprimis loca Matthaei XIX. 9. 1. Corinth. VII. 4. a commentis THEOPHILI ALETHAEI, quibus in ſuo *diſcurſu politico de polygamia* illorum ſenſum genuinum peruertere laborauit, vindicantur: theſibus de coniugio ex eiusdem praelectionibus publicis & priuatis deſumtis, per modum appendicis adiecta. Jen. 1676. 4.

SEVE-

SEVERINVS WALTHERVS SLüTERVS in Theologischen Gedancken von der Polygamie. Rost. 1677. 8.

GERHARDVS FELTMANNVS qui prodire iussit Gespräch von der Vielweiberey. Leipz. 1677. 8.

Auctor der göttlichen Ordnung des heiligen Ehestandes, zwischen einem Männlein und Fräulein, gegen die Unfläter der heutigen Vielweibernehmer oder Polygamisten. Helmst. 1677. 4.

IOANNES DIECMANNVS, cuius prodierunt Vindiciae legis monogamicae, primum breui examine in *Iohannis Lyseri discursum politicum germanicum de polygamia* ictae actaeque deinde contra nouas eiusdem huic examini oppositas exceptiones, quae integrae ex communicato Lyseriano exemplari inseruntur, iteratae ac plenius assertae; vbi simul potiora *Discursus politici latini de polygamia, sub Theophili Alethaei nomine* ab eodem editi, fundamenta conuelluntur. Stadae 1678. 4.

IO. BRVNSMANNVS; eius enim prodita est Monogamia victrix, seu orthodo-

xa ecclesiae christianae sententia de vnis duntaxat eodem tempore concessis Christiano nuptiis, a criminationibus vindicata quibusuis. Francf. & Hafn. 1679. 8.

Idem Brunsmannus contra Lyseri Polygamiam triumphatricem, monogamiae suae victricis vindicias adornauerat, quas tamen typis nunquam vulgatas esse, non sine ratione suspicatur CLVGIVS p. 44. sq.

IOANNES MEYERVS *Theologus Batauus* in *Vxore Christiana*, quam Amstelodami 1688. 4. emisit, *Athanasii Vincentii notis Polygamiae Triumphatricis* & *Daphnaeo Arcuario* contradixit.

GOTTLIEB WERNSDORFIVS qui exarauit summam sanae doctrinae de Polygamia. Witt. 1716. 4. principiis Lyserianis oppositam.

BELLVM WILLENBERGIANVM.

SAM. FRID. WILLENBERGII diss. de finibus polygamiae licitae. Ged. 1712. 4.

Polygamiam nec iuri naturali, nec diuino reuelato aduersam quidem, ob varia tamen eius incommoda neutiquam suadendam, nullum de caetero dubium esse, quin princeps

dispen-

dispensationis seu priuilegii beneficio huic vel illi polygamiam indulgere possit, Willenbergius contendit, in hoc vnius plagulae scripto, quod tantae scriptorum moli, tantisque turbis occasionem praebuit. Anno enim insequente iam contra Willenbergianam dissertationem prodierunt.

Vindiciae scripturae sacrae a pseudhermenia quae passim in scriptis patronorum polygamias, imprimis ICti Gedanensis Sam. Frid. Willenbergs schediasmate de finibus polygamiae licitae committitur. Adiectum est in fine ipsum schediasma Willenbergianum. Lips. 1713. 4.

In his vindiciis, quarum auctor IOACH. WEICKHMANNVS est, praemittitur Edictum regis Daniae contra Lyserum eiusque medullam regiam prouinciarum directum, cui refutatio argumentorum a Willenbergio pro polygamiae permissione allatorum, ac vera interpretatio locorum, quibus Willenbergius ad causam suam male vsus esse Weickhmanno videbatur, subiiciuntur. Eodem anno vulgabantur

SAM. FRID. WILLENBERGII Praesidia iuris diuini, quibus tuetur thesin in schediasmate suo de finibus polygamiae

licitae

licitae contra imbelles conatus, quos post litem bis depulsam, quam superiore anno contra illam mouerant duo theologi Gedanenses in vindiciis scripturae sacrae a pseudhermenia patronorum polygamias de nouo ostendit Theologus anonymus. Francof. ad Viadr. 1713. 4.

Vrget auctor etiam atque etiam demonstrationem loci in sacris litteris, ex quo polygamiae prohibitio luculenter appareat, reiicit modum hanc prohibitionem per longam conclusionum principiis sacrae scripturae manifestis destitutarum seriem male cohaerentium eliciendi, negat denique ipsum institutionis matrimonii actum legem esse vel vim legis habere posse. Quibus praesidiis opposita est

IOACH. WEICKHMANNI iustitia causae in controuersia de polygamia simultanea S. F. Willenbergio in defensionem vindiciarum sacrae scripturae - - - opposita. Cum appendice Responsorum theologico-iuridicorum. Lips. 1714. 4.

Hanc scriptionem excipiebant

SAM. FRID. WILLENBERGII iterata praesidia iuris diuini pro defensione thesium suarum de polygamia simultanea - - -

opposita. Adiectum in fine extraordinarium ICtorum iudicium de hac controversia. Francof. & Lipſ. 1714. 4.

Teſtatur Willenbergius id a ſe non agi, vt polygamia introducatur, ſed vt conſtet, principi ius eſſe, ob vrgentiſſimam circumſtantiam indulgendi polygamiam; vt tamen eiusmodi gratia principis ad exemplum non trahatur. Sed praeter Weickhmannnum contra Willenbergium etiam inſurrexit.

SAMVEL SCHELGVIGIVS commentatione de polygamia ab vniuerſa Chriſti eccleſia inde a primis noui teſtamenti initiis vsque ad noſtra tempora ex agnito monogamiae praecepto per totum orbem conſtanter profligata aduerſus *Themiſtium*. Lipſ. 1714. 4.

Breui huius litis hiſtoria praemiſſa, argumenta Willenbergii theſi probandae non ſufficere, doctrinamque ipſam periculi plenam, chriſtianaeque religioni pernicioſam eſſe, contenditur. Verum non obmutuit ad haec Schelguigii Themiſtius, emittebatur enim paulo poſt

SAM. FRID. WILLENBERGII de polygamia a Chriſtiana eccleſia, ex ſuppoſita,

ſita, ſed non probata lege diuina monogamica, prohibita aduerſus *Meletium* exceptio. Francof. & Lipſ. 1714. 4.

Ab hoc tempore diſputatio, animis indies magis feruescentibus, in litem degenerauit, omniaque in peius ruerunt. Nam iniuriae ſparſae, inprimis in Weickhmannum, in ipſa templa, in ipſam curiam penetrantes, ſparſi libelli, Weickhmanno theologisque reliquis haud honorifici, vendi mox prohibiti, quales erant, **Beweiß daß unnütze Fragen dem Christenthum schädlich sind**, & *Weickhmanniana*; vndique motus excitati, quorum ſedandorum cauſa Senatus Gedanenſis publicum innocentiae vitae, puritatisque doctrinae Weickhmanni documentum fieri, & ſuo nomine publicari fecit die 19 Octobris 1714. cuius frons eſt:

E. Hoch-Edlen Hochweisen Raths in Danzig aus Schluß sämtlicher Ordnungen daselbst öffentliche Declaration **der Unschuld D. Joach. Weickhmanns, bey denen Beschuldigungen, mit welchen er von D. Sam. Frid. Willenbergen angegriffen worden.**

Sed ſpes ſenatum fruſtrata eſt; Tribunal enim Petricouienſe anno 1715. Willenbergium cum reſpondente & opponentibus, haereſeos nomine ad infamiam, laqueum & rogum condemnauit, illiusque ſcripta ad polygamiae cauſam agendam publicata Petricouiae per carnificem comburenda curauit. Inſolita hac ſententia attoniti omnes. Factiones ortae. Willenbergio fauentes ſententiam Petricouienſem vitio Weickhmanni & Ieſuitae cuiusdam eſſe creatam dicebant, ſuamque ſententiam contra eius iuſtitiam publicis tueri ſcriptis non dubitabant. Huius farinae ſunt:

Gründliche Erörterung der Frage: ob es einem Scribenten, wenn seines Gegenparts Streit- und Schutz-Schrifften eine auswärtige Obrigkeit durch den Hencker verbrennen lassen, zu einer Ehre und Rechtfertigung seiner Sache, seinem Gegner aber zu einer Unehre und Zernichtung seiner Sache gereichen könne? durch Franz Dietrich Freudenhöfer. Et

Conſideratio inculpata decreti tribunalis petricouienſis in Polonia, quo ob

ob defensam in Gymnasio Gedanensi thesin: polygamiam simultaneam in lege diuina non esse probibitam, autor eius cum respondente & opponentibus ad infamiam, laqueum & rogum condemnati, illiusque scripta hanc in rem per carnificem Petricouiae combusta, edita a CONSTANTINO WIERNOWSKY. *Varsauiae 1715. 4.*

Scripsit quoque quidam decreti Petricouiensis vindicias, quas tamen libelli famosi nomine digniores esse, plurimi iudicarunt. Tantum tamen abfuit, vt his turbis, lis de ipsa polygamia sopiretur, vt potius magno ardore agitaretur. In publicum enim conspectum exibat

IOACH. WEICKHMANNI Apologiae, qua iustitiam causae suae in controuersia de polygamia simultanea aduersus scriptum mordacissimo sale inuolutum, quod nomine viri consultissimi & excellentissimi domini Sam. Frid. Willenbergii & titulo: *iterata praesidia iuris diuini* sese effert & luxuriatur, modeste, sed solide protegit ac tuetur, PARS PRIOR ipsius doctrinae veritatem sistens. Appen-

dix inclutorum ciuitatis Gedanensis ordinum declarationem innocentiae auctoris iniuste laesae iuxta & responsum iuridicum Regiomontanum exhibet. 1715. 4.

Huic apologiae Weickhmannianae opposuit

I. A. E. Unpartheyische Gedancken über den bißherigen Wortstreit Herrn D. Weickmanns mit Herrn D. Wilkenberg in der Materie von der Polygamie, wobey zugleich der ganze Streit von Anfang bis gegenwärtige Zeit aufrichtig erzehlet, und zugleich gründlich erwiesen wird, daß Herr D. Willenberg klüglich handele, wenn er seinem Gegner nicht mehr antworte. Frckft. 1716. 4. Anno 1717. edebat

IOACH. WEICKHMANNVS apologiae suae partem alteram, seu abgenöthigte Rettung der göttlichen Warheit daß Gott in seinem Wort die Vielweibige Ehe verbothen; alß auch seiner beleidigten Unschuld, wieder Herrn S. F. Willenbergen in deutscher Sprache verfertiget; auf Veranlassung einer deutschen von J. A. E. entworffenen Schrifft: Un-

Unpartheyische Gedancken über den bisherigen Wortstreit ꝛc. welche, als auch, was von denen iteratis praesidiis zu beantworten noch übrig ist, hier völlig abgefertiget wird. Nebst einem Anhange unterschiedener Schrifften, denen eine deutsche Uebersetzung der Vindiciarum des Autoris beygefüget ist. Leipz. 4.

Sed vltimus in hanc scenam prodiit I. A. E. qui anno 1717.

Continuation der unpartheyschen Gedancken über den bißherigen Wortstreit ꝛc. in lucem emisit.

In hac continuatione confutatur & Weickhmannianae apologiae altera pars, & Wernsdorffii disputatio Wittenbergae a. 1716. habita, cui titulus: *summa sanae doctrinae de polygamia*, quam in controuersia Lyseriana iamiam commemorauimus, ac denuo contenditur, totam hanc de polygamia controversiam in logomachia consistere. Cui non licet huius tragoediae historiam ex scripto isto: Unpartheyische Gedancken ꝛc. discere, eum ad Walchii Einleitung in die Religions-Streitigkeiten. Th. 3. p. 105. ablegamus.

Reliqui de polygamia ſcriptores.

HENRICI ALETHAEI I. C. T. Eilfertiges Antwort-Schreiben an einen Hochfürſtl. Rath in N. über die Frage: ob die Polygamie mit dem Chriſtenthum beſtehen könne? anno 1703. 4.

Autor tenaciter inhaeret quaeſtioni propoſitae, hinc de eo quod circa polygamiam ſecundum ius naturae & vetus teſtamentum iuſtum eſt, haud ſolicitus, negando reſpondet, ac argumenta ſententiae ſuae ex nouo teſtamento deſumta, duobus aliis, altero ex contractu mariti cum vxore inito, qui plures vxores excludit, altero ex ſcandalo, quod polygamia praebeat, petito, auget.

EDMVNDVS BANNIVS de diuortiis ob adulterium, adulteriis & polygamia, ſecundis nuptiis. Oxon. 1710. 4.

IOH. BARTHII diſſ. de polygamia ſimultanea & ſucceſſiua. Francof. 1675. 4.

SIG. IAC. BAVMGARTENII diſſ. de polygamia ſimultanea illegitima imprimis etiam ex numero hominum vtriusque ſexus in tellure fere aequali. Hal. 1739. 4.

Conſule die gründlichen Auszüge aus theol. ꝛc. Diſputt. anni 1740. p. 528 – 539.

CHRIST.

CHRIST. BLAVSCHMID de polygamia propria. Lipf. 1667. 4.

ABR. CALOVIVS de Polygamia. Witt. 1676. 4.

DIDACVS GARZIAS *de Trasmiera* de polygamia & polyuiria. Panormi 1638. f.

IOH. KAHLERI diff. de polygamia. Rinth. 1700. 4.

Duo imprimis argumenta polygamiae opponuntur, alterum ex Matth. XIX. alterum ex I. Cor. VII. 3. & 4.

PAVLI LINSII diff. de polygamia. Witt. 1674. 4.

ERN. IO. FRID. MANZEL diff. qua duo argumenta, quod polygamia fit iuri naturali contraria, examinantur. Roft. 1724. 4.

NIC. MARTINI thefes mifcellaneae iuridicae. Kil. 1674. 4.

Harum thefium nonnullis, polygamiam iuri naturae & primaeuae coniugii inftitutioni contrariari negantibus, imo, fi quaeratur, an iuri diuino voluntario repugnet, non nifi caute, & adhibita diftinctione refpondendum effe, ftatuentibus, D. *Chrift. Kortholtus* theologus academiae Kilonienfis pri-

marius in ipso disputationis actu serio contradixit. Idem octennio post, cum illas theses in contumeliam tam ecclesiae Lutheranae, quam academiae Cimbricae ab Hungaro quodam, *Stephano Fequete*, ad Pontificios transgresso, in scripto pro apologia sua edito, esse allatas, rescivisset, iisdem denuo se opposuit in *Epistola ad D. Wilh. Verpoortium* vernacula Kil. 1682. 4. sub hoc excusa titulo: Sendschreiben darinnen wiederleget wird die schändliche Calumnie des Steph. Fequete in seiner Reuocations Predigt, ob wäre auf der Kielischen Vniuersität a. 1674. bey seiner Anwesenheit die polygamia in einer öffentlichen Disputation behauptet worden. Compara Ioh. Molleri Cimbr. litt. Tom. II. p. 535.

GEORG. BALTH. MASCOVII disp. de polygamia legi naturae repugnante. Gryph. 1692.

A partibus eorum stat, qui aiunt, polygamiam repugnare legi naturae. Quo nomine etiam sacrarum literarum testimonia vocat in subsidium. VINH. *p. 50.*

NIC. MOELLERI Exerc. de polygamia omni ab ipso iuris & naturalis & diuini auctore omnibus & omni tempore prohibita; diss. aliquot exhibita academicis. Kil. 1710. 4.

IOH.

IOH. MONTAIGNE Tr. de bigamia n Tr. Tr. IV. 485.

In eo de bigamiae ortu, effectu, dispositione, & dispensatione, ea ratione, quae in illud seculum cadebat, tractatur. VINH. 53.

ISAAC. PIHLMANNI diss. vtrum & quomodo polygamia possit dici iuri naturae aduersa. Aboae 1682. 8.

GEORG. THEGEN controuersiae politicae an omnes coniugium inire queant? an polygamia sit licita? vtrum tyrannum interficere liceat? num omnia duella censenda sint licita? Reg. 1686. 4.

CHRIST. THOMASII dissertationes duae, altera de crimine bigamiae, altera de praescriptione bigamiae. Lips. 1685. 4. recusae. Lips. 1714. 4. & in Dissert. Lips. 1695. 4. Diss. VIII. p. 529. sqq.

In *dissertatione priori* Thomasius principia, quae isto tempore de iure naturali eiusque cognoscendi principio, nec non de iure positiuo diuino, tam vniuersali quam particulari fouebat, prolixe proponit, atque ex his concludit, polygamiam virilem & muliebrem iure diuino positiuo & humano prohibitam esse, neutiquam iure naturali

rali & aequitate, eandemque saltem per interpretationem doctrinalem primae coniugii institutioni aduersam esse. Reliqua huius diss. capita quae de canonici, romani, imperialis & saxonici iuris circa bigamiam constitutione agunt hic omitto. Ex *posteriore dissertatione* ea nostro scopo inseruiunt quae Thomasius affert ad probandam sententiam, praescriptionem criminum iure naturae illicitam non esse, cum non eo tendat, vt nocentes sint impunes, sed ne ex diuturnitate temporis forte innocentes puniantur; porro, ex eodem iure delinquentes posse quidem sed non debere puniri, nisi poenae intermissione salus publica laedatur.

GOTTL. GERH. TITIVS de polygamia incestu & diuortio iure naturali prohibitis Lips. 1712. 4. & in Dissertt. iurid. p. 535-578.

LAMB. VELTHVYSII Tractatus moralis de naturali pudore & dignitate hominis, in quo agitur de incestu, scortatione, voto coelibatus coniugio, adulterio, polygamia & diuortiis. Traj. 1676. & Roterod. 1680. 4.

BEZ. VEZELIVS de polygamia. Genevae 1590. 8.

Conf. IENICH. *Bibl. iur. Lip. p. 450.*

CORN.

CORN. VYTHAGII disp. de polygamia. Roterod. 1680. 8.

MELCHIORIS ZEIDLERI Tractatus de polygamia, in quo disquiritur, an sit contra ius naturae, aut contra ius diuinum sub N. T. vt circa eam dispensari nequeat? Accessit EIVSDEM de matrimonio cum sorore vxoris defunctae disquisitio: an tale matrimonium sit contra ius naturae, aut contra ius diuinum positiuum, vt circa illud dispensari nequeat? Helm. 1690. 4.

Memorant alii etiam editiones Helmstadienses annorum 1685. & 1698. 4.

GVST. GEO. ZELTNERI Meletema theologicum, quo typus polygamiae in nouo testamento abolitus breuiter delineatur. Altd. 1719. 4.

Nouam Zeltnerus in probanda polygamiae prohibitione diuina ingressus viam, demonstrare studuit, permissionem, nempe meram nudamque, polygamiae in vsum typicum conuersam, & antitypo exhibito, non solum antiquatam, quod aliorum typorum commune factum erat, sed penitus abolitam, atque e medio sublatam, primaque coniugii integritate restituta, ex ecclesia Christiana necessario & penitus eliminatam esse.

WII-

WILHELMI ZESCHII dissertationes duae de polygamia successiua & simultanea, partim contra *Tertullianum* & *Montanistas*, partim *Anabaptistas*, *Turcas*, eorumque sequaces. Giessae 1663. 4.

Quae hic disputantur, eo redeunt Binarius solum personarum coniugii vinculo copulandarum numerus in scriptura sacra a Deo determinatus est, adeoque legitimus; Deuterogamia huic binario numero minime repugnat, ac proinde polygamia successiua illicita non est. Hinc non modo laicis, sed & clericis seu personis ad ordines sacros admittendis nuptias celebrare secundas concessum. Polygamia simultanea cum primaeua coniugii institutione non plane congruit, ac, vtut iuri naturae omnino conformis non sit, non prorsus tamen illam repugnare legi naturali, probabile est. Hinc polygamiam sanctorum patrum in V. T. peccatum non fuisse concluditur. Et tamen ea in N. T. prohibita, & inter Christianos nullatenus toleranda.

PORTVS vid. *mare*.

IOH. FRID. RHETII diss. de iure portuum. Francof. ad Viadr. 1671. 4. & in El. Dissertt. iur. publ. p. 487 – 519.

IOH. CHRPH. WAGENSEIL de portuum & vectigalium iure. Altd. 1685. 4.

POSSESSIO, POSSESSOR.

IOH. MART. CHLADENII Elementa theoriae possessionis & dominii. Witt. 1740. 4. & recusa in EI. opusc. acad. 1741. 8.

CHRPH. LVD. CRELLII Progr. Ex iure naturae & gentium bonorum immobilium possessionem saltem, non item dominium tribui, nisi magistratus inuestitura accedat, hac tamen possessores fundorum non vasallitica, sed ciuica tantum fide obstringi. Witt. 1738. 4.

ERN. FRID. SCHROETERI diss. de essentia possessionis. Jen. 1653. 4.

CHR. FRID. SCHWARZ de obligatione possessoris bonae fidei ad rem domino restituendam. Alt. 1730. 4.

POSTAE.

EMERAN. Ackoldus *(Andr. Ockel)* von dem aus Landesfürstlicher Hoheit herspringenden Post-Regal der Chur- und Fürsten des Heil. Röm. Reichs. Halle 1685. 4.

Ackol.

Ackoldo se opposuit sub nomine CAESAREI TVRRIANI quidam in scripto: Glorwürdigster Adler, d. i. gründliche Vorstell- und Unterscheidung der Kayserlichen Reseruaten und Hoheiten von der Reichs-Landes-Fürstlichen Obrigkeit, absonderlich aber von dem Ihro Kayserl. Maj. reservirten Post-Regal im ganzen Röm. Reiche und allen dessen Provinzen. 1694. 4. Sed *Ackoldus* argumenta sua tuitus est in Discursibus iuridico politicis de regali postarum iure Electorum principumque imperii. Hal. 1698. 4. Vtrumque *Ackoldi* scriptum in Leonhardi collectione, de qua mox, inuenitur Part. I. p. 1–76.

IOH. VOLCK. BECHMANNI diss. de postis. Jenae 1664. 4. & apud *Leonhardum* Part. II. p. 1–6.

IOH. CASPAR de iure postarum. Bas. 1697. & apud *Eund.* P. II. p. 73–79.

SAM. COCCEIVS de regali postarum iure. Francof. ad Viadr. 1703. 4. apud *Eundem* P. II. p. 79–88.

ADAMI CORTREII obseruata historico-politica de regali postarum iure electoribus & principibus S. R. I. competente, ex actis publicis & diuersorum statuum imperii archiuis collecta, habentur in

Cor-

Corpore EIVS *Iur. publ.* a filio *Ernesto Lud. Cortreio* edito. *Lipſ.* *1710. fol. Tom. IV.*

SEBASTIANVS FESCHIVS de curſu publico eiusque iure. Baſ. 1684. 4. & ap. *Leonh.* P. II. p. 58–73.

LVD. *von* HOERNIGK de regali iure poſtarum. Marb. 1639. Viennae 1649. Franc. 1663. 8.

IENICH. Bibl. iur. Lip. pag. 457.

MICH. FRID. LEDERERI diſſ. de iure curſuum publicorum. Witt 1669. 4. & apud *Leonhardum* P. II. p. 22–24.

CHRIST. LEONHARDI Miſcellanea & Collectanea iuris publici de regali poſtarum iure. Lipſ. 1710. fol.

In hac collectione plurima de iure poſtarum alicuius nominis opuſcula deprehenduntur. Collector Secretarius intimus & poſtarum adminiſtrator Dresdenſis fuit.

GERHARDI MEYBVSCHII Diſſ. de regali poſtarum iure. Argent. 1667. 4. & apud LEONH. P. II. p. 6–21.

HENR. RVD. REDECKERI Diſſ. de curſoribus publicis quos poſtas vocamus. Roſt. 1662. 4.

CHRPH. PHIL. RICHTERI Diff. (Io. anne Schiltero respondente habita) de cursu publico, angariis & parangariis. Jen. 1671. 4. & in AHAS. FRITSCHII *Exercitt. var. iur. publ. Volum. nou. Exerc. III. p. 74-94.*

DIDACVS DE SALZEDO de cursu publico. Salmant. 1652. 4.

IENICH. *Suppl. ad Bibl. iur. Lip. p. 330.*

GEORG. AD. STRVVIVS de iuribus viae regalis. Jen. 1662. 4.

CHR. WILDVOGEL de iure principis eminente circa postas. Jen. 1705 4. & in LEONH. *P. III. p. 19-25.*

HERM. WITTE diff. de cursore publico. Witt. 1692. 4. & apud LEONH. *P. III. p. 39-43.*

POTESTAS SVMMA & POPVLVS vid. *Imperium, Maiestas, princeps.*

POTVS vid. *bibere & ebrietas.*

IOH. SCHMIDT de potus moralitate. Lipf. 1687.

GLAFEY *Bibl. iur. nat. & gent. p. 383.*

PRAE-

PRAECEDENTIA & PROEDRIA vid. *Cerimonia.*

CHRPH. BESOLDVS de sessionis praecedentia. Prodit cum EIVS spicilegiis de legatis & iure pacis, & arcanis rerumpublicarum. Argent. 1624. 4.

Conf. *Bibl. iur. imp. C. III. P. V. §. 14. p. 296.*

FRID. BENED. CARPZOVII Programma de iure proëdriae naturali. Witt. 1742. 4.

IAC. ANDR. CRVSII Tractatus politico-iuridico-historicus de praeeminentia, sessione, praecedentia, & vniuerso iure proëdrias magnatum in Europa, quatuor libris absolutus. Bremae 1666. 4.

Fuit auctor Christophori Crusii, ICti, filius, & Reipublicae Mindensis quondam Syndicus. Dicauit hunc librum suum Friderico Wilhelmo, Brandenburgico Electori, simulque peculiare promisit scriptum de domus Brandenburgicae praeeminentia & iuribus in ditiones subiectas, nec non aliud de Vicariis S. R. I. Reliqua eius opuscula iuridico-historica prodierunt Mindae 1668. 4. Compara hic *auctorem Bibl. iur. imp. pag. 292.* cui ex omnibus, qui de hac materia quie-

quam prodiderunt memoriae, vix saniora quisquam attulisse videtur, *Crusio.*

BERNH. FRIESII disp. de iure praecedentiae. Gryph. 1674. 4.

IO. CHRPH. HELLBACHII Meditationes iuris proedriae moderni eiusdemque tum publici tum priuati ex fontibus dignitatum genuinis & vsu fori hodierno demonstratae, enunciatis ac responsis selectis confirmatae. Lips. 1742. 4.

CHRIST. GOTTFR. HOFFMANNI Diss. de fundamento decidendi controuersias de praecedentia inter liberas gentes. Lips. 1721. 4.

CASP. HENR. HORNIVS de iure proedriae. Witt. 1705. 4. & cum praefatione *Io. Chrph. Pesleri* de obligatione clientelari nobilitatis gradum imminuente. Witt. 1736. 4.

Vid. IENICH. *Bibl. iur. Lip. p. 485.*

THOMAS BALTHASAR IESSEN de iure praecedentiae. Argent. 1671. 4.

LVD. MART. KAHLE Diss. de praecedentia gentium. Gotting. 1738. 4.

GREGOR. LETI il Ceremoniale historico & politico. Amst. 1685. 12.

BERNH.

BERNH. ZIERITZII Comment. de principum inter ipsos dignitatis praerogatiua. Jen. 1612. & 1677. 8.

Caeteri, qui de praecedentia ecclesiastica & seculari, praerogatiua Hispanorum, Gallorum, Anglorum, aliorum populorum scripserunt, huius loci non habentur.

PRAEDA vid. *bellum, hostis, occupatio.*

GEORG. GISBERTVS GLOECKNER de praeda hostili. Heidelb. 1671. 4.

IOH. TESMARI Diss. de pilagio seu certae praedae hostilis parte. Extat inter Eiusd. *Dissertt. acad. p. 74-127.*

IOH. FRID. WEIDLERI Diss. de quaestione iuris gentium: vtrum praeda Salensibus Afris erepta vindicari possit? Witt. 1735. 4.

PRAEIVDICIVM.

CHRIST. GOTTFR. PHILIPPI Diss. de impedimentis vitae honestae ab actione sensuum, imaginationis atque affectuum obiectis, a recta autem ratione removendis. Lips. 1721. 4.

IOH. BALTH. WERNHERI Programma de praeiudicio auctoritatis & opinio-

ne communi. Extat in El. *differtt. iur. nat.* p. 478. sqq.

Quid actum sit in hoc opusculo, ipsius auctoris verba in principio colocata sunt indicio; *Ego*, inquit, *enim, cum nescio, qua felicitate naturae, atque adeo ab ineunte aetate intellexissem, nullum in inquirenda veritate maius obstaculum dari, quam praeiudicia, atque credendi seruitutem, ab eo vitio longissime semper abesse conatus sum, atque animum meum omni studio ita assuefeci, vt iam ingeniis quidem doctrina vsuque rerum ciuilium excultis plurimum tribuam, eorumque merita, pro eo, ac par est, suspiciam, sed in definiendis iis, quae iusta vel iniusta sint, nullius hominis, nisi legislatoris auctoritatem magnopere reuerear, & , quia me quoque non omnino ratione intus destitui sentio, huic non nihil etiam indulgeam; neque, vt spontaneam caecitatem menti meae inducam, oculos eiusdem a quoquam excludi patiar* &c.

PRAELIVM vid. *bellum*, *victoria* & si quae sunt *similia*.

HENR. COCCEII Diss. de iusto praeliorum exitu. Francof. ad Viadr. 1706. 4.

Di-

Diuiſa eſt in VI. ſectiones, quarum prima oſtendit generaliter, nullum bellum, praelium nullum, niſi iuſto debitoque terminari fine, quia ſit alea belli in manibus Dei; ſecunda agit de praeliis ex iuſta quidem cauſa, ſed inauſpicato initis, tertia circa bella ex iuſta cauſa ſuſcepta, culpa tamen geſta verſatur, quarta eſt de bellis iuſta de cauſa, temere tamen geſtis; in quinta de bellis iuſtis iisque poenalibus verba fiunt, in ſexta denique lector prudenti conſilio inſtruitur.

PRAELIMINARIA vid. *pax* & *mediator*

PRAESCRIPTIO.

PETR. KOFOD. ANCHER Diſquiſitio praeſcriptionis Danorum e fontibus genuinis naturali & ciuili deriuatae, excuſſae, explanatae, cum annexis in fauorem opponentium aphoriſmis iuridicis. Hafn. 1740. 4.

GEBH. CHRIST. BASTINELLERI Diſſ. de eo quod iuſtum & aequum videtur in praeſcriptione immunitatis ab oneribus publicis. Witt. 1740. 4.

Communione rerum ſublata, dominia ſunt introducta, quorum adquirendorum mo-

di naturales in originarios & deriuatiuos dividuntur. Ad quos num etiam vsucapio seu praescriptio pertineat, inter iuris naturalis doctores lis est; quicquid vero huius rei sit, a praescriptione tamen tacita rei derelictio, auctore prudenter monente, probe distinguenda est; qui simul derelictionem ex longa possessione praesumi posse negat, cum tempus nullam probabilitatem constituat, & patientia domini ad praesumtionem animi derelinquendi non sufficiat. Quare ex eius sententia praescriptio iure naturali incognita est, licet inter gentes obtineat, adeoque praescriptio in genere in iuris gentium ac ciuilis diuidi queat. Ex his principiis subdito aduersus principem praescriptio negatur, quia praescriptio gentium ad subditum non potest adplicari, nec subdito licet contra principem praescriptione iuris ciuilis vti. Quae omnia, docent facile, auctorem in ea versati opinione, aduersus principem praescriptionem immunitatis ab oneribus publicis procedere haud posse, quam opinionem vt firmet, argumenta sibi contraria ordine recenset, qualia potissime sunt, *in praescriptione immunitatis interuenire voluntatem principis praesumtam: hanc vim specialis priuilegii & consuetudinis habere: ex longa possessione iustum titulum &*

bonam

bonam fidem praesumi : posse praescribi libertatem a seruitute, ergo & a collectis : praescriptionis vltimum finem esse tranquillitatem humani generis, cuius intersit, vt dominia rerum non sint in incerto ; & quam infirmo stent talo partim, quamque male partim ad praescriptionem immunitatis trahantur eadem, pluribus ostendit.

IO. FRID. BERG de diuersitate praescriptionis iuris gentium & iuris ciuilis. Rost. 1738. 4.

IVST. HENN. BOEHMERVS de praescriptione contra leges maxime prohibitivas. Hal. 1740. 4.

IO. VLR. CRAMERI Abhandlung von einer Immunitaet durch Verjährung. Marb. 1740. 4.

EIVSD. Resolutio problematis iuris: an praescriptio immemorialis subditorum releuet contra ordinationem prouincialem? ibid. eod. 4.

MICH. GRASSII Diss. de praescriptione superioritatis territorialis acquisitiua. Tubing. 1727. 4. & in Io. Iac. *Moseri* synt. Dissertt. sel. iur. publ. p. 333–380.

IO. ERN. GVNNERI Diss. philosophica, in qua demonstratur, prae-

 scri-

ſcriptionem non eſſe iuris naturalis. Jen. 1740. 4.

IO. CHRIST. HEDLERI diſquiſitio, an praeſcriptionis & vſucapionis origo ex iure naturae repetenda ſit, praeceptoque iur. nat. nitatur. Viteb. 1734. 4.

DAN. FRID. HOHEISELII Diſſ. de fundamentis in doctrina de praeſcriptione & derelictione gentium tacita diſtinctius ponendis. Hal. 1723. 4.

EIVSD. diſſ. de praeſcriptione immemoriali ſanae rationi & iuri ciuili contrariante. ibid. 1724. 4.

IOH. FRID. HOHMANN de praeſcriptione. Lipſ. 1719. 4.

IOH. GOTTFR. KRAVSSII Progr. num vſucapio pariter ac praeſcriptio in iure naturae ſit fundata, atque adeo inter liberas gentes locum habeat, vt principi humanam legem non agnoſcenti opponi queat? Witt. 1733. 4.

AVG. LEYSERI diſſ. de praeſcriptione contra principem & fiſcum. Helmſt. 1728. 4. & in Meditt. ſpec. 458. Vol. VII. p. 188 – 195.

Statuit Leyſer praeſcriptionem quadragenariam contra principem ac fiſcum iuri naturae.

turae, bono publico & iuri scripto conuenire, inque omnibus principis bonis, fiscalibus, patrimonialibus, domanialibus sufficere, exceptis saltem regalibus, item iis bonis, quorum alienatio per legem est interdicta.

ANDR. OCKELII Tractatus de praescriptione immemoriali praesertim rerum domanialium & regalium. Hal. 1707. 4.

IO. OLDENDORPII omnium fere temporalium praescriptionum ex aequo & bono breuis enarratio in republica ad vsum ciuilem cumprimis necessaria. Rost. 1531. 12.

ANDR. GVIL. PAGENSTECHERI Progr. de fundamento praescriptionis in iure gentium positiuo non iure naturali quaerendo, Marb. 1748. 4.

PIERRE DU PUY, Si la prescription a lieu entre les princes souverains? Inserta est haec dissertatio auctoris operi, touchant les droits du Roy Tres-Chretien, Paris. 1655. & a Rouen 1670.

De ipsa Petri Puteani dissertatione in *prima huius bibliothecae parte* p. 223. vt & de Grotii contra eum defensore *Werlhofio* diximus. Mortuus est PVTEANVS anno 1651.

senex,

ſenex, Grotii quidem de praeſcriptione ſententiae contrarius, ipſi tamen amicus ac beneuolus, & aetate propemodum aequalis, regi Galliae a conſiliis & bibliothecis, vir ſummae eruditionis & famae. Hoc certe viro iurium regis chriſtianiſſimi intelligentiorem Galliam vix tuliſſe, eumque illis in hac materia fuiſſe imbutum ſententiis, quae ad regis ſui dominatum latius protendendum, quam ad communem gentium quietem, concinnius quadrant, me legiſſe memini, & ipſe Grotius vidit in Epiſtola ad fratrem anno 1644. ſcripta. Vid. GROTII *Epiſt.* 738. in *append.*

FRANC. STVCKHARDVS de praeſcriptione reges & ſummos principes adſtringente. Marb. 1682.

IENICH. *Bibl. iur. Lip. p.* 467.

CHRIST. THOMASII diſſ. de praeſcriptione regalium ad iura ſubditorum non pertinente. Hal. 1696. 4.

Statuit nimirum Thomaſius, ſubditos legum ciuilium participes eſſe, nec eos excludit a iure, quod propter negligentiam ſuis iuribus dominos priuat, poſſeſſoresque rerum alienarum poſt determinatum tempus veros efficit dominos; non tamen concedit,

ad

ad iura subditis concessa pertinere regalia, quocunque etiam temporis spatio a subditis detenta fuerint, sed permanere haec, contendit, summae maiestati adnexa & pro lubitu reuocabilia.

CHRIST. GOD. WEIDLERI diss. de praescriptione in statu naturali considerata. Lips. 1739. 4.

IOH. WERLHOFII Vindiciae Grotiani dogmatis L. II. c. IV. de Iure B. & P. de praescriptione inter gentes liberas contra Petr. Puteanum. Helmst. 1696. & 1720. & 1746. 4. Conf. *Pars I. huius Bibliothecae p. 223.*

De WERLHOFII vita consulendi sunt SEELENIVS in *Athen. Lub. P. III. 164. sqq.* & MOLLERVS in *Cimbr. litt. Tom. I. p. 720.*

CHRIST. WOLFFII obseruatio de bona fide toto praescriptionis tempore requisita iure canonico, extat in *Horis subcis. Marb. a. 1731.*

PRAETOR ROMANVS.

DAN. FRID. HOHEISEL de edicti praetorii, *quod quisque iuris in alterum*

rum ſtatuit, vt ipſe eodem iure vtatur iniquitate, & non vſu tam antiquo, quam hodierno. Hal. 1724. 4.

PRECES.

IOH. CHRIST. CLAVSII Diſſ. de precibus ex natura cognitis. Lipſ. 1712. 4.

Tractatio complectitur *principia* & *conclusiones*. Ad illa pertinent (a) datur cognitio bonorum, (b) datur cauſa horum bonorum, vbi ſimul monſtrantur 1) exiſtentia huius cauſae, 2) quaedam eius attributa, tanquam fundamenta precum fundendarum, velut *bonitas* eius, *omnipotentia*, *omnipraeſentia*, *omniſcientia*. (c) Datur ſenſus indigentiae noſtrae, & quidem (α) in *corpore* (β) in *intellectu*, (γ) in *voluntate*. (d) Datur ſenſus deſiderii noſtri. His principiis ſuperſtruuntur concluſiones, quae 1) naturam precationis quoad cultum internum & externum, 2) ſubiectum quod precatur, 3) obiectum ad quod preces diriguntur, 4) finem, 5) requiſita precantis, fiduciam, puta, ſtudium bonae conſcientiae, humilitatem, attentionem, diligentiam 6) obiectum, quod nempe & pro quibus precamur, 7) neceſſitatem denique concernunt.

MAG-

MAGNVS DANIEL OMEISIVS de precatione seu inuocatione numinis diuini. Altd. 1704.

GOTTLIEB STOLLII diss. de necessitate & efficacia precum. Jen. 1713 4.

Praemisit auctor huic labori peculiarem dissertationem de virtutibus precibus impetrandis; quae tamen historica magis est, quam moralis. In illo & necessitatem & efficaciam precum rationibus ex iure naturali haustis ostendere, eamque ab obiectionibus quorundam philosophorum vindicare studet.

PRETIVM.

HENR. COCCEII diss. de pretio affectionis & amoenitatis. Heidelb. 1684. & in EI. Dissertt. iur. Vol. II. n. 26.

EIVSD. disp. de vero rerum pretio Francof. ad Viadr. 1701. & inter Exercitt. Vol. II. n. 25.

ANDR. DINNERVS de iusto rerum pretio definiendo, & quatenus in eo circumuenire contrahentes liceat. Norimb. 1622. & Stutg 1661. 4.

IO. GEO. FICHTNERI Diss. de iustitia pretii. Altd. 1718. 4.

IACO-

IACOBI HINTZELMANNI diff. de pretio eminente. Lugd. Bat. 1705. 4.

HENR. VFFELMANN de menfura pretii rerum. Helmft. 1668. 4.

PRIMOGENITVS.

IOH. FRANC. BVDDEI diff. de fucceffionibus primogenitorum. Hal. 1695. 4. & in *Sel. Iur. N.* & G. Hal. 1704. 8. p. 149 – 192.

Primogenitorum magna apud plerasque gentes dignitas fuit, imprimis vero apud Ebraeos, quippe apud quos & facerdotalis & regia dignitas tantum ad primogenitos pertinebat. Difceffum tamen quandoque ab hoc more quoad facerdotium, praefertim cum natu minores gentem peculiarem conftituerent. Ius primogeniturae iure naturali haud nititur, quare auctor refellit eorum qui hic ad ius gentium prouocant, argumenta vel a conferuatione regnorum, vel a iure hereditatis, vel fanguinis, vel denique a tacita quadam electione petita. Neque tamen e contrario ius primogeniturae iuri naturali contrarium effe ftatuendum eft; fruftra nonnullis inaequalem liberorum conditionem, aut fecuturam inde fratrum difcordiam obiicientibus. Ius naturae igitur hic nil

nil determinat sed vult generatim, vt ille succedendi modus in regnis obtineat, qui saluti & conseruationi reipublicae populique est accomodatior. Quibus prolixe disputatis probare laborat auctor, diuisionem reipublicae nequaquam conuenire; expedire contra, vt vnus succedat, vt mares praeferantur feminis, vt frater natu maior reliquis, porro, vt ad lites euitandas linealis succedendi ratio introducatur. Anceps est quaestio: an patruus in successione nepoti sit praeferendus? auctor nepotis conditionem esse potiorem decernit, simulque occurrit rationibus negantium; quasi nempe aetatis maioris aliqua sit praerogatiua, ac minoris imperfectio; Nullus interim dubitat auctor, quin quandoque alius quam primogenitus succedere possit, veluti si ipse iure suo se abdicet, aut grauissimis de causis eo priuetur.

IO. VLR. CRAMERI diss. de valida & inualida iuris promogeniturae abolitione. Marb. 1738. 4.

CHRIST. FVCHSII diss. de praerogatiua primogenitorum. Witt. 1692. 4.

FRID. CAR. VOIT L. B. A SALTZBVRG de emolumentis territoriorum im-

di naturales in originarios & deriuatiuos diuiduntur. Ad quos num etiam vsucapio seu praescriptio pertineat, inter iuris naturalis doctores lis est; quicquid vero huius rei sit, a praescriptione tamen tacita rei derelictio, auctore prudenter monente, probe distinguenda est; qui simul derelictionem ex longa possessione praesumi posse negat, cum tempus nullam probabilitatem constituat, & patientia domini ad praesumtionem animi derelinquendi non sufficiat. Quare ex eius sententia praescriptio iure naturali incognita est, licet inter gentes obtineat, adeoque praescriptio in genere in iuris gentium ac ciuilis diuidi queat. Ex his principiis subdito aduersus principem praescriptio negatur, quia praescriptio gentium ad subditum non potest adplicari, nec subdito licet contra principem praescriptione iuris ciuilis vti. Quae omnia, docent facile, auctorem in ea versati opinione, aduersus principem praescriptionem immunitatis ab oneribus publicis procedere haud posse, quam opinionem vt firmet, argumenta sibi contraria ordine recenset, qualia potissime sunt, *in praescriptione immunitatis interuenire voluntatem principis praesumtam: hanc vim specialis priuilegii & consuetudinis habere: ex longa possessione iustum titulum & bonam*

bonam fidem praesumi: posse praescribi libertatem a seruitute, ergo & a collectis: praescriptionis vltimum finem esse tranquillitatem humani generis, cuius intersit, vt dominia rerum non sint in incerto; & quam infirmo stent talo partim, quamque male partim ad praescriptionem immunitatis trahantur eadem, pluribus ostendit.

IO. FRID. BERG de diuersitate praescriptionis iuris gentium & iuris ciuilis. Rost. 1738. 4.

IVST. HENN. BOEHMERVS de praescriptione contra leges maxime prohibitivas. Hal. 1740. 4.

IO. VLR. CRAMERI Abhandlung von einer Immunitaet durch Verjährung. Marb. 1740. 4.

EIVSD. Resolutio problematis iuris: an praescriptio immemorialis subditorum releuet contra ordinationem prouincialem? ibid. eod. 4.

MICH. GRASSII Diss. de praescriptione superioriratis territorialis acquisitiua. Tubing. 1727. 4. & in Io. Iac. *Moseri* synt. Dissertt. sel. iur. publ. p. 333-380.

IO. ERN. GVNNERI Diss. philosophica, in qua demonstratur, prae-

ſcriptionem non eſſe iuris naturalis. Jen. 1740. 4.

IO. CHRIST. HEDLERI diſquiſitio, an praeſcriptionis & vſucapionis origo ex iure naturae repetenda ſit, praeceptoque iur. nat. nitatur. Viteb. 1734. 4.

DAN. FRID. HOHEISELII Diſſ. de fundamentis in doctrina de praeſcriptione & derelictione gentium tacita diſtinctius ponendis. Hal. 1723. 4.

EIVSD. diſſ. de praeſcriptione immemoriali ſanae rationi & iuri ciuili contrariante. ibid. 1724. 4.

IOH. FRID. HOHMANN de praeſcriptione. Lipſ. 1719. 4.

IOH. GOTTFR. KRAVSSII Progr. num vſucapio pariter ac praeſcriptio in iure naturae ſit fundata, atque adeo inter liberas gentes locum habeat, vt principi humanam legem non agnoſcenti opponi queat? Witt. 1733. 4.

AVG. LEYSERI diſſ. de praeſcriptione contra principem & fiſcum. Helmſt. 1728. 4. & in Meditt. ſpec. 458. Vol. VII. p. 188 – 195.

Statuit Leyſer praeſcriptionem quadragenariam contra principem ac fiſcum iuri naturae.

turae, bono publico & iuri ſcripto conuenire, inque omnibus principis bonis, fiſcalibus, patrimonialibus, domanialibus ſufficere, exceptis ſaltem regalibus, item iis bonis, quorum alienatio per legem eſt interdicta.

ANDR. OCKELII Tractatus de praeſcriptione immemoriali praeſertim rerum domanialium & regalium. Hal. 1707. 4.

IO. OLDENDORPII omnium fere temporalium praeſcriptionum ex aequo & bono breuis enarratio in republica ad vſum ciuilem cumprimis neceſſaria. Roſt. 1531. 12.

ANDR. GVIL. PAGENSTECHERI Progr. de fundamento praeſcriptionis in iure gentium poſitiuo non iure naturali quaerendo, Marb. 1748. 4.

PIERRE DU PUY, Si la preſcription a lieu entre les princes ſouverains? Inſerta eſt haec diſſertatio auctoris operi, touchant les droits du Roy Tres-Chretien, Paris, 1655. & a Rouen 1670.

De ipſa Petri Puteani diſſertatione in *prima huius bibliothecae parte* p. 223. vt & de Grotii contra eum defenſore *Werlhofio* diximus. Mortuus eſt PVTEANVS anno 1651. ſenex,

ſenex, Grotii quidem de praeſcriptione ſententiae contrarius, ipſi tamen amicus ac beneuolus, & aetate propemodum aequalis, regi Galliae a conſiliis & bibliothecis, vir ſummae eruditionis & famae. Hoc certe viro iurium regis chriſtianiſſimi intelligentiorem Galliam vix tuliſſe, eumque illis in hac materia fuiſſe imbutum ſententiis, quae ad regis ſui dominatum latius protendendum, quam ad communem gentium quietem, concinnius quadrant, me legiſſe memini, & ipſe Grotius vidit in Epiſtola ad fratrem anno 1644. ſcripta. Vid. GROTII *Epiſt. 738.* in *append.*

FRANC. STVCKHARDVS de praeſcriptione reges & ſummos principes adſtringente. Marb. 1682.

IENICH. *Bibl. iur. Lip. p. 467.*

CHRIST. THOMASII diſſ. de praeſcriptione regalium ad iura ſubditorum non pertinente. Hal. 1696. 4.

Statuit nimirum Thomaſius, ſubditos legum ciuilium participes eſſe, nec eos excludit a iure, quod propter negligentiam ſuis iuribus dominos priuat, poſſeſſoresque rerum alienarum poſt determinatum tempus veros efficit dominos; non tamen concedit,

ad

ad iura subditis concessa pertinere regalia, quocunque etiam temporis spatio a subditis detenta fuerint, sed permanere haec, contendit, summae maiestati adnexa & pro lubitu reuocabilia.

CHRIST. GOD. WEIDLERI diss. de praescriptione in statu naturali considerata. Lips. 1739. 4.

IOH. WERLHOFII Vindiciae Grotiani dogmatis L. II. c. IV. de Iure B. & P. de praescriptione inter gentes liberas contra Petr. Puteanum. Helmst. 1696. & 1720. & 1746. 4. Conf. *Pars I. huius Bibliothecae p. 223.*

De WERLHOFII vita consulendi sunt SEELENIVS in *Athen. Lub. P. III. 164. sqq.* & MOLLERVS in *Cimbr. litt. Tom. I. p. 720.*

CHRIST. WOLFFII obseruatio de bona fide toto praescriptionis tempore requisita iure canonico, extat in *Horis subcis. Marb. a. 1731.*

PRAETOR ROMANVS.

DAN. FRID. HOHEISEL de edicti praetorii, *quod quisque iuris in alterum*

rum statuit, vt ipse eodem iure vtatur iniquitate, & non vsu tam antiquo, quam hodierno. Hal. 1724. 4.

PRECES.

IOH. CHRIST. CLAVSII Diss. de precibus ex natura cognitis. Lips. 1712. 4.

Tractatio complectitur *principia* & *conclusiones.* Ad illa pertinent (a) datur cognitio bonorum, (b) datur causa horum bonorum, vbi simul monstrantur 1) existentia huius causae, 2) quaedam eius attributa, tanquam fundamenta precum fundendarum, velut *bonitas* eius, *omnipotentia*, *omnipraesentia*, *omniscientia.* (c) Datur sensus indigentiae nostrae, & quidem (α) in *corpore* (β) in *intellectu*, (γ) in *voluntate.* (d) Datur sensus desiderii nostri. His principiis superstruuntur conclusiones, quae 1) naturam precationis quoad cultum internum & externum, 2) subiectum quod precatur, 3) obiectum ad quod preces diriguntur, 4) finem, 5) requisita precantis, fiduciam, puta, studium bonae conscientiae, humilitatem, attentionem, diligentiam 6) obiectum, quod nempe & pro quibus precamur, 7) necessitatem denique concernunt.

MAG-

MAGNVS DANIEL OMEISIVS de precatione seu inuocatione numinis diuini. Altd. 1704.

GOTTLIEB STOLLII diss. de necessitate & efficacia precum. Jen. 1713 4.

Praemisit auctor huic labori peculiarem dissertationem de virtutibus precibus impetrandis; quae tamen historica magis est, quam moralis. In illo & necessitatem & efficaciam precum rationibus ex iure naturali haustis ostendere, eamque ab obiectionibus quorundam philosophorum vindicare studet.

PRETIVM.

HENR. COCCEII diss. de pretio affectionis & amoenitatis. Heidelb. 1684. & in El. Dissertt. iur. Vol. II. n. 26.

EIVSD. disp. de vero rerum pretio Francof. ad Viadr. 1701. & inter Exercitt. Vol. II. n. 25.

ANDR. DINNERVS de iusto rerum pretio definiendo, & quatenus in eo circumuenire contrahentes liceat. Norimb. 1622. & Stutg 1661. 4.

IO. GEO. FICHTNERI Diss. de iustitia pretii. Altd. 1718. 4.

IACOBI HINTZELMANNI diff. de pretio eminente. Lugd. Bat 1705. 4.

HENR. VFFELMANN de menfura pretii rerum. Helmft. 1668. 4.

PRIMOGENITVS.

IOH. FRANC. BVDDEI diff. de fucceffionibus primogenitorum. Hal. 1695. 4. & in *Sel. Iur. N.* & G. Hal. 1704. 8. p. 149–192.

Primogenitorum magna apud plerasque gentes dignitas fuit, imprimis vero apud Ebraeos, quippe apud quos & facerdotalis & regia dignitas tantum ad primogenitos pertinebat. Difceffum tamen quandoque ab hoc more quoad facerdotium, praefertim cum natu minores gentem peculiarem conftituerent. Ius primogeniturae iure naturali haud nititur, quare auctor refellit eorum qui hic ad ius gentium prouocant, argumenta vel a conferuatione regnorum, vel a iure hereditatis, vel fanguinis, vel denique a tacita quadam electione petita. Neque tamen e contrario ius primogeniturae iuri naturali contrarium effe ftatuendum eft; fruftra nonnullis inaequalem liberorum conditionem, aut fecuturam inde fratrum difcordiam obiicientibus. Ius naturae igitur hic nil

nil determinat sed vult generatim, vt ille succedendi modus in regnis obtineat, qui saluti & conseruationi reipublicae populique est accomodatior. Quibus prolixe disputatis probare laborat auctor, diuisionem reipublicae nequaquam conuenire; expedire contra, vt vnus succedat, vt mares praeferantur feminis, vt frater natu maior reliquis, porro, vt ad lites euitandas linealis succedendi ratio introducatur. Anceps est quaestio: an patruus in successione nepoti sit praeferendus? auctor nepotis conditionem esse potiorem decernit, simulque occurrit rationibus negantium, quasi nempe aetatis maioris aliqua sit praerogatiua, ac minoris imperfectio; Nullus interim dubitat auctor, quin quandoque alius quam primogenitus succedere possit, veluti si ipse iure suo se abdicet, aut grauissimis de causis eo priuetur.

IO. VLR. CRAMERI diss. de valida & inualida iuris promogeniturae abolitione. Marb. 1738. 4.

CHRIST. FVCHSII diss. de praerogatiua primogenitorum. Witt. 1692. 4.

FRID. CAR. VOIT L. B. A SALTZBVRG de emolumentis territoriorum imprimis

primis germanicorum ex iure primogeniturae descendentibus, Lipſ. 1718. 4.

CAR. LVD. STIEGLITZII diſſ. de immutabili iure primogeniturae. Lipſ. 1699. 4.

GEO. CHRIST. STIRN de primogenitura conſeruanda. Extat in Pentade Sturg. 1664. 4.

IENICH. *Bibl. iur. Lip. pag.* 473

Gottlieb Sam. Treuers Unterſuchung nach dem Recht der Natur, wie weit ein Fürſt Macht habe, ſeinen erſtgebohrnen Prinzen von der Nachfolge in der Regierung auszuſchließen. 1718. 4.

PRINCEPS

vid.

Imperans, maieſtas, Regale Rex.

Liceat nobis, hanc ſcriptorum de maieſtate, ſubditis eorumque officio, principibus & eorum poteſtate claſſem a *Machiauelliſtis* ac *Monarchomachis*, & vtrorumque aduerſariis ordiri, quos demum reliqui de principe ſcriptores, ſuo ſequentur ordine.

De

De Machiavelli principe.

NICOLAI MACHIAVELLI liber, qui *il Principe* inſcribitur primum italica lingua conſcriptus anno 1515. editus, prodiit quoque Venetiis 1532. 4. Latine verſus a SYLVESTRO TELIO *Fulginate* Baſ. 1560. 1580. & 1589 & Hanouiae 1595. 8. & Vrſellis 1600. 4. Accedunt huic editioni aliorum contra Machiauellum ſcripta, de officio & poteſtate principum contra Tyrannos, & Antonii Poſſeuini iudicium de eo & Ioh. Bodino, quod etiam eſt adiectum editioni principis Machiauelli Francofurtenſi 1680. 8. & Argentoratenſi eiusd. anni 12. & Lugdunenſi 1643. Compara Auctorem *Bibl. iur. imp. C. II. Poſ. III. §. 4. p. 111. ſq.* & LVD. MART. KAHLII *Bibl. Phil. Struv. Tom. II, c. II. §. X. p. 183.* Extant quoque verſiones aliae quamplures, veluti *latina* cum HERM. CONRINGII *animaduerſionibus* Helmſt. 1660. 1663. 1686. 4. & alia, quam CASPAR LANGENHERT ſuis locupletatam commentariis protruſit, Amſt. 1699. 8. *Anglica* EDVARDI DACRESII Lond. 1640. 8. *Gallica* AMELOTII *de la* HOVSSAYE

Amst. 1683. 1684. 8. & iuncto Antimachiauello, de quo paulo post, saepius edita. *Germanica* Francof. 1580. 8. & alia, quae cum Antimachiauello Gottingae 1741. & 1742. & nouissime Hannouerae 1756. 8. prodiit. Est vero Machiauelli princeps continuatio quasi, alius eiusdem auctoris libri, cuius titulus est Discorsi sopra la prima Deca di Tito Liuio Venet. 1530. & 1532. 8. Cuius scripti habentur versiones, *latina* Mompelg. 1588. 1591. 8. Argent. & Vrsell. 1599. 8. Francof. 1608. 8. & 1619. 12. Marp. 1620. 12. Lugd. Bat. 1649. 12. Lips. 1629. 8. *Gallica* sub fronte: *Discours politique sur Tite Liue* 12. & *Anglica*, altera Lond. 1663. f. altera ibidem 1636. 8. Consule *auct. Bibl. iur. imp. l. c.* & KAHLIVM l. c. p. 183. not. (rr).

Vitam, mores, doctrinam, libros Machiauelli, ac varia de iis eruditorum iudicia nosse cupientibus, praeter laudatam modo *Bibliothecam iuris imperant.* l. c. p. 109-113. & Machiauelli principis versionis germanicae, supra memoratae nouissimam editionem, cui eiusdem vitae descriptio praemissa est, inprimis commendamus IO. FRID.

CHRI-

CHRISTII *de Nicolao Machiauello* libros tres Lipſ. 1731. 4. & IO. FRID. ENGELMANNI diſſ. de Machiauelliſtarum & monarchomachorum dogmatibus. Lipſ. 1674. 4. & CHRISTIANI HOFFMANNI diſſertationem de Machiauello ante Machiauellum, Jen. 1668. 4. habitam.

Ipſa Nachiauelli de principis poteſtate principia praeteruehentes monemus tantum, iisdem imbutos Machiauelliſtarum nomine venire, ac intelligi omnes, qui priuatam principis vtilitatem publicae ſaluti praeferunt, ac omni iuſtitiae pietatisque conſideratione poſthabita, principi, quod libet, licere putant. Magnus eorum, qui Machiauelli dogmata vel defenderunt, vel virus in iis latens temperare laborarunt eſt numerus. Eminent vero inter

Machiauelli Aſſeclas.

CASPAR SCIOPPIVS, qui edidit *Paediam politices* Romae 1623. cum *Naudaei* Bibliographia, *Herm. Conringii* cura recuſam. Helmſt. 1663. 4.

Autor *hominis politici*, ſiue *compendii politices noui*, cui ſub literis C. R. C. B. latere placuit. Librum ipſum Chriſtoph.

ſtoph Pellerus ſub titulo: *Politici ſcelerati impugnati, notis vbique atque ſtricturis illuſtrati*, recudi curauit Norimb. 1663. 1665. & 1669. 8. Autor *Bibl. iur. imp. p. 116.*

Autor libri: A true Copy of a letter written by N. Machiavel in defenſe of him ſelf and of his religion, translated from an original copy. Lond. 1692.

Conf. KAHLIVS *l. c. p. 187. not. (y).*

Machiavelli aduerſarii.

Auctor Commentariorum de regno aut quouis, principatu rite & tranquille adminiſtrando, librorum trium, de conſilio, religione, & politia, quas princeps in ditione ſua tueri debet, aduerſus Nicolaum Machiauellum Florentinum.

Primum anno 1576. ſine mentione loci prodiiſſe hunc librum aſſerit auctor vitae Machiauelli, principis ipſius germanicae verſioni nouiſſimae praefixae pag. 20. Sequebantur deinde editiones Argent. 1577. & 1578. & 1590. 8. Vrſell. 1599. 12. Argent. 1611. 1630. 12. Lugd. Bat. 1647. 12. Breuitatis cauſa hic liber Antimachiauellus vocari conſueuit: errauit tamen BAYLIVS negans dari

librum

librum hunc titulum prae se ferentem, si fides est habenda auctori *Bibl. iur. imp.* qui pag. 114. memorauit huius libri versionem germanicam; titulo: *Anti-Machiauellus* das ist, Regenten Kunst, insignitam Argent. 1624. 8. vulgatam, qui simul notauit errorem nonnullorum eos libellos, qui sub Anti-Machiauelli nomine celebrantur, ab ipsis commentariis, de quibus hic loquimur, diuersos esse putantium. Auctorem eorum fuisse quidam FRANCISCVM HOTOMANNVM quidam SCIPIONEM GENTILEM, plerique INNOCENTIVM GENTILLETVM credunt. Quicunque demum fuerit, in doctrina politica eum fuisse haud mediocriter versatum plurimi largiuntur.

ANTONIVS POSSEVINVS in Iudicio de quatuor scriptoribus: PHILIPPO DE LA NOVE, IOANNE BODINO, PHILIPPO MORNAEO, & NICOLAO MACHIAVELLO, iussu Innocentii IX. Pontificis Romani scripto, editoque post Pontificis obitum Romae 1592. & Lugd. 1593. 8.

Hic Posseuini labor parui ab aequis harum rerum iudicibus aestimari solet; quid! quod Posseuinum, Machiauelli principem eo tempore, quo iudicium de eo suum scri-

psit, nunquam vidisse nonnulli non sine ratione suspicantur.

THOMAS BOZIVS *Eugubinus, Congregationis Oratorii Presbyter Romanus*, cuius de imperio virtutis, siue, imperia pendere a veris virtutibus, non a simulatis, libri duo aduersus Machiauellum, Coloniae Agrippinae 1594. 8. in lucem emissi sunt.

EIVSD. de robore bellico, diuturnis & amplis catholicorum regnis, liber vnus, aduersus Machiauellum. ibid. eod. 8.

EIVSD. de Italiae statu antiquo & nouo, libri quatuor aduersus Machiauellum. ibid. 1595. 8.

EIVSD. de ruinis gentium & regnorum contra politicos. ibid. 1598. 8. & Romae 1596. 4.

EIVSDEM de iure diuino & naturali ecclesiasticae libertatis ac potestatis. Colon. Agripp. 1600. 8.

Conf. *Bibl. iur. imp. p. 115.*

Fragment de l'Examen du prince de Machiauel. Paris 1622. 8.

Inter veterum contra Machiauellum scripta, fragmentum hocce principem obtinere locum, sunt qui volunt.

PETRVS

PETRVS DE RIBADENEIRA principem Christianum aduersus Machiauellum scripsit.

Quem ex hispanico in latinum sermonem translatum IOANNES ORANVS edidit Mogunt. 1604. 8. Habemus quoque gallicam versionem, cui titulus: *Traité de la religion, que doit suivre le Prince Chrestien, & des vertus qu' il doit avoir pour bien gouverner & conserver son Estat: contre la doctrine de Nicolas Machiavel, & des Politiques de nostre temps. Composé en Espagnol par le R. P. Pierre de Ribadeneira, do la Compagnie de Iesus, & traduit par le P.* ANTOINE *de* BALINGHEM, *de la mesme Compagnie, a Dovay 1610. 8.* Conf. Die nützlichen Anmerckungen über allerh. Mater. aus der Theol. Kirchen- und gel. Historie, wie auch der Crit. und Litterat. P. I. n. 7. Ribadeneiram modestiae limites saepe transgressum esse, atque ad Iesuitarum placita scripsisse, fateantur omnes.

THOMAS. FITZHERBERTVS cuius liber: an sit vtilitas in scelere? vel de felicitate *principis* Machiauelli extat Romae 1610. 4.

IO. LAVRENT. LVCCHESENIVS in scrutinio stultitiae Machiauelli, Rom. 1697. 4.

IO. HENR. FEVSTKINGIVS *Stellovia-Holsatus, Theologus, Vitebergensis, deinde Concionator aulicus Gothanus*, qui *schediasma de Ahitophelismo Nicolai Machiauelli* edidit Vitebergae 1692. 4.

Conf. auctor *Bibl. iur. imp. p. 116.* vbi Feustkingium Machiauelli scripta ne vidisse quidem, vel inde patere iudicat, quod, quae ex iis loca citat, demum ex Gentilleti Anti-Machiauello desumserit.

CLAVDIVS CLEMENS, *Burgundus, societatis Iesu*, cuius Machiauellismus a sapientia hispanica & austriaca iugulatus Compluti 1637. 4. lucem adspexit.

AVCTOR libri: Eerste Hondel der Princelyke Zeden lessen, vervattende Zaken die haar gebruik hebben ontrent alle Persoonen van hooge Staat geschikt tegen de gronden van Nicolaus Machiavel. Hagae Com. 1700. 8.

IENSIVS quidam, Medicinae Doctor hunc edidit partum. *Histoire* des Ouvrages des Savans. Avril 1700. nr. 3. p. 177. sqq. & KAHLIVS l. c. p. 186. not. (x).

ADRIA-

ADRIANVS BARLANDVS, cui debetur dissertatio de bono principe contra Nicolaum Machiauellum. Amst. 1633. fol.

Bibl. iur. imper. pag. 115.

Omnibus vero quae in hunc vsque diem contra Machiauelli principem prodierunt, scriptis carere tutissime possumus, ex quo illud regiae manus opus habemus, summi oratoris laude maius, quod sub Antimachiauelli titulo omnium, quibus vera philosophia; & sapientia in pretio est, gentium plausum habet, atque admirationem. Ex hoc quippe cognoscimus omnes, caeteros, qui in hoc genere aliquid posse voluerunt, aut nihil, aut Catone hoc infinitis numeris inferiores esse.

Primum typis expressum est eodem tempore Hagae Comitum & Londini, hoc insignitum titulo: *Anti-Machiavel, ou Examen du Prince de Machiavel, avec des notes historiques & critiques* 1740. 8. Eodem anno quatuor sequebantur editiones *prima* & *secunda* curante Domino DE VOLTAIRE, illa quidem Hagae Comitum, haec Amstelodami 8. *Tertia* Gottingae, *quarta* Hafniae 8. *Voltarii* editio anno insequente bis recusa est Amstelodami 8. & Hagae 8. duob. voll.

cui

cui posteriori, Machiauelli princeps, & Ameloti notae accedunt, quas editiones anno 1742. Lipsiensis, & 1743. Hagensis exceperunt. Versiones extant, *germanica* Gottingae 1741. & 1742. *latina* Amst. 1743. 8. *anglicae* & *italicae* iam anno 1740. in *Nouvelle Bibliotheque*, *mens. Nouembr.* spes facta est. Nouissime prodiit Nic. Machiavells Regierungs-Kunst. Hannov. und Leipz. 1756. 8. Tribus constat partibus libellus, quarum prima versionem Machiauelli germanicam Ameloti adnotationibus auctam, & Machiauelli vitam complectitur, secunda exhibet Antimachiauellum, variantibus omnium editionum lectionibus instructum, in tertia Historia huius libri litteraria exhibetur.

De Monarchomachis eorumque aduersariis

Machiauellistis e regione quasi sunt positi, qui principibus nimium detrahentes, populoque fraena laxantes, maximam ipsi maiestatis partem, & ipsam reges suos, quoties imperio male vtuntur, deponendi & occidendi potestatem tribuunt, Monarchomachorum titulo celebres, Vid. *Bibl. iur. imp. p. 118.* de quorum principiorum rationibus CHRISTOPH. MART. COLERVS, CHRIST. THOMASIVS, HERM. CONRINGIVS sub voce *maiestatis* memorati,

rati, euolui merentur. Equidem potissima eorum scripta hic strictim recensebo, secutus inprimis, quem laudaui modo, auctorem bibliothecae iuris imperantium, sicco caeterum pede praeteriturus eos, qui in scriptis suis occasionem saltem monarchomachicam tuendi doctrinam, amplexi sunt.

In Monarchomachorum numero igitur sunt GEORGIVS BVCHANANVS ob *Dialogum de iure regni apud Scotos*, latine editum Edinb. 1580. 4. anglice versum eodem anno & 1581. 8. recusum ibidem 1589. 8. & belgice Amst. 1598. 4. STEPHANVS IVNIVS BRVTVS propter *Vindicias contra Tyrannos, seu de principis in populum, populique in principem legitima potestate* anno 1580. 1569. 8. absque loci mentione, & Paris 1631. 12. gallice 1581. 8. & germanice partem quoad posteriorem versas a *Ioh. Olorino Varisco*. Magd. 1615. 4. Quarum vindiciarum auctorem alii *Hubertum Languetum* alii alium faciunt. IOANNES BOVCHERIVS cuius *de iusta Henrici III. abdicatione e francorum regno* libri quatuor extant Lugd. 1591. 4. nec non eius libri causa, quem Boucherius vulgasse dicitur sub fronte: *Francisci de Verone Constantini Iesuita Sicarius*, seu, *Apologia pro Ioanne Castello Parisiensi, mortis supplicio affecto, &*

pro

pro patribus ac scholasticis, e Gallia olim exterminatis, contra Edictum Parlamenti Parisiis in illos latum gallice 1610. 8 latine Lugd. 1511. 9 WILLIAM RAYNOLD seu GVILIELMVS REGINALDVS qui in *Guilielmi Rossaei* nomine latens *de iusta reipublicae christianae in reges impios & haereticos auctoritate, animaduersione, iustissimaque Catholicorum ad Henricum Nauarraeum & quemcunque haereticum a regno Galliae repellendum confoederatione* librum exire iussit Antwerpiae 1592. 8. WILLIAM ALLERI seu GVILIELMVS ALANVS, quippe qui scripsit. *Traité politique, composé par William Allen, Anglois, & traduit nouvellement en François, ou il est prouvé par l'exemple de Moyse, & par d'autres, tirés hors de l'Ecriture, que tuer un Tyran*, titulo vel exercitio, *n'est pas un meurtre* Lugd. 1658. 12. IOANNES MARIANA in *tribus de rege & regis institutione, ad Philippum III. Hispaniae regem scriptis libris* Toleti 1599. & Mogunt. 1605. 4 CAROLVS SCRIBANIVS in *amphi-theatro honoris*, sub ficto *Clari Bonarscii* nomine tribus libris edito *Palaeopoli Aduaticorum* 1594. 1605. 4. IOANNES MILTONIVS, qui praeter librum, quem anglico sermone *tenorem* siue *tenuram* regum & magistratuum inscripsit, duplicem regicidii anglicani, populique anglicani defensio-

fensionem scripsit, alteram superiorum iussu *Salmasii defensioni regiae* oppositam Lond. 1651. f. & 12. belgice versam 1651. 8. alteram directam contra librum, qui sub *regii sanguinis clamore ad coelum* Lond. & Hagae Com. 1654. 12. emissus est. *Buchanano, Bruto* & *Boucherio* sese opposuit GVILIELMVS BARCLAIVS *de regno & regali potestate* libris sex Paris 1600. 4. subiectis eiusdem libro de potestate Papae Hanov. 1617. 8. adversus *Buchananum* solum calamum strinxit ADAMVS BLACVODAEVS in *apologia contra Buchanani dialogum de iure regni apud Scotos*, Pictav. 1581. 4. & Paris. 1588. 8. *Bruti* refutator est auctor libri: *Defenses de la Monarchie Françoise contre le livre de Junius Brutus*, conf. *Bibl. iur. imp. p. 131. Roffaeo* satisfecit IOANNES MEISNERVS in dissertatione *de tyrannicidio* Vit. 1642. 4. Marianae doctrinam damnat FACVLTAS THEOLOGICA PARISIENSIS; censura conspicitur in peculiari libello, cuius habetur versio germanica: *Arrest*, oder End-Urtheil des Königlichen *Parlaments* zu *Paris* wieder das Buch *Ioannis Marianae*, eines Jesuiten, welches den 29ten May, alten Calenders 1610. durch den Scharff-Richter vor der Thum-Kirchen daselbst öffentlich verbrannt worden. Beneben der Theologischen *Facultat* zu ermeldeten

deren *Paris* Bedencken und Censur von gedachter Jesuiten Lehre, daß Unterthanen erlaubt seyn solle, eigenes Gewaltes ihre Könige und Fürsten, wann sie für Tyrannen gehalten werden, umzubringen. *Item* hochermeldeten *Parlaments* Urtheil wieder den Königs-Mörder *Franciscum Ravaillac*, und weil derselbe Königs Mörder bekannt, daß er zu dieser Mordthat auch durch gelesene Jesuitische Bücher angewiesen worden, so werden etlich der Jesuiten Bücher und Beweisungen von ihrer unchristlichen abscheulichen teufflischen Mords-Lehren und deren Uebung nachgesetzt, gedruckt zu Straßburg 1610. 4. Extat quoque latine academiae Parisiensis Censura de regum paricidiis, vna cum analysi super eam Parisiis 1612. 8. Cui est volupe, perniciosissimam Iesuitarum in Gallia, de potestate regia, doctrinam, insidias regibus structas, persecutionem eorum, proscriptionem, ac restitutionem; vt & osores eorundem atque defensores, nosse penitius, eum ad laudatam saepe *Bibliothecam* iur. imp. p. 132. sqq. ablegamus, vbi eorum quoque index deprehenditur, qui Caluinianos Monarchomachismi accusarunt, & qui ab hac macula eos liberare studuerunt. Pergamus nos in recensendis Monarchomachorum antagonistis, inter quos eminet CLAVDIVS SALMASIVS, qui anony-

anonymus iussu Caroli II. Regis edidit librum: *Defensio regia pro Carolo I. ad Serenissimum Magnae Britanniae Regem Carolum II. filium natu maiorem, heredem & successorem legitimum*, sumtibus regiis anno 1649. 12. *Ultraj.* 1650. 12. Lond. 1651. 4. Amst. 1651. 12. & cum Miltonii defensione 1657. 4. gallice, Paris 1650. 4. contra quem scripsit suam pro populo anglicano defensionem, quem in antecedentibus memoravimus, Miltonius, cuius doctrinae obuiam iuerunt Anti-Monarchomachi sequentes; IOANNES BRAMMALVS cuius *pro rege & populo anglicano apologia* sine auctoris nomine prelo exiit Antwerp. 1651, 12. PETRVS MOLINAEVS *iunior*, vel, vt aliis videtur, ALEXANDER MORVS, in libro: *Regii sanguinis clamor ad coelum, aduersus parricidas anglicanos*, Hag. Com. 1652. 4. & 12. AVCTOR scripti: *Carolus I. Britanniae rex a securi & Miltoni calamo vindicatus*, Dublini 1652. 12. IACOBVS SCHALLERVS in *dissertatione ad quaedam loca Miltonii* habita Argent. 1652. 4. recusa Lugd. Bat. 1653. 4. Ipse SALMASIVS, qui *responsionem* scripsit *ad Miltonii defensionem*, post auctoris mortem publici iuris factam, Diuione 1660. 4. & Lond. 1660. 4. Claudat hunc articulum indiculus scriptorum, quae vel regicidii anglicani hi-

ſtoriam illuſtrant, vel Monarchomachorum argumenta explodunt. IMAGO *Regis Caroli in aerumnis ſuis & ſollicitudine* Hag. 1649. 1650. 12. SYLLOGE *variorum Tractatuum, quibus Caroli regis innocentia illuſtratur* &c. Lond. 1649. 4. GVILIELMI VRSINI DE RIVO *vindiciae pro capite regis Angliae contra Rebelles parricidas*, ſeu *querela nullitatis de impio proceſſu mortis & abdicationis contra Carolum I.* Hag. 1649. 1650. 4. THEODORI VERIDICI (*Georgii Batei*) *Elenchus motuum nuperorum in Anglia, ſimul ac iuris Regii & Parlamenti breuis enarratio.* Paris. 1649. Hag. 1650. 12. Francof. 1650. 4. Lond. 1661. 1663. 1676. 1677. 8. & Amſt. 1663. 12. Supplementum adiecit *Thomas Skinner* Lond. 1676. Cuius elenchi refellendi cauſa *Robert Pugh* emiſit *Elenchum Elenchi* Paris. 1664. 4. VITI BERINGI *Fatum luctuoſum Caroli I. Regis Britanniae*, Lugd. Bat. 1651. 8. CASPARI ZIEGLERI *circa regicidium anglorum exercitationes octo.* Lipſ. 1652. 12. EXAMEN ANGLICVM *exhibens quaeſtiones iuridico-politicas, maieſtatem non eſſe violandam.* Rint. 1653. 4. FABIAN PHILIPPS *veritas inconcuſſa, or, that King Charles the firſt was no man of bloud, but a martyr for his people.* Lond. 1660. 8. IOANNIS SLVTERI *ius regium, quod, vt omni fere ſeculo, ſic hodie imprimis rerum britan-*

britannicarum occasione, diuersis incertisque opinionibus expositum est, ad rationis normam generatim exactum, 1654. & *Eiusd.* commentationi de subiecto summae potestatis in germania, annexum. Rost. 1674. 12. IOH. CHRISTOPHORI NEANDRI *discursus de principum potestatis summitate contra regicidium anglicanum.* Francof. 1661. 12. IOANNIS NICOLAI HERTII dissertatio *an summa rerum semper sit pene populum.* Gies. 1683. 4. & in Eiusd. *Opusc. Vol. I. Tom. I. pag. 439. sqq.* Quorum omnium latiorem recensum in *Biblioth. iur. imp.* a pagina inde 118. vsque ad 142. inuenire licet.

Reliqui de principe scriptores.

Reuertentes nunc eo, vnde nos Machiavellus & Monarchomachi deduxerunt, reliqua de iuribus & obligationibus principum scripta more consueto enumerabimus.

Tractatus de iure magistratuum in subditos & officiis subditorum erga magistratum. Francof. 1608. 8.

Allocutiones de vera principum conditione. Freystadt. 1703.

ANT. AFFELMANNVS de summa summi principis potestate. Rost. 1624. 4.

HENNING ARNISAEVS de auctoritate principis in populum semper in-

violabili. Francof. 1612. & Argent. 1635. 4.

IOH. DAN. ASSMVTH Abhandlung von den Pflichten der Regenten. Erster Theil. Lemgov. 1751. Zweyter Th. ibid. 1752. Dritt. Theil. ibid. 1753. 8.

Describitur & laudatur in *Nouis litt. Gotting.* annorum 1751. *p.* 229. 1752. *pag.* 514. *sq.* 1753. *pag.* 701. *sqq.*

GVIL. BARRETI ius regis seu de absoluto & independenti saecularium principum dominio & obsequio eis debito. Bas. 1612. 8.

IOH. HENR. BARTHII princeps dissimulata persona inter suos explorator. Jen. 1708. 4.

CASP. ACHAT. BECKIVS de potestate & iurisdictione principum, speciatim S. R. I. in liberos. Jen. 1729. 4.

IOH. CHRPH. BECMANNI disp. de non abutendo principum nomine. Francof. ad Viadr. 1684. 4.

EIVSD. diss. de diuino vicariatu principum. ibid. 1688. 4.

ROB. BELLARMINVS de officio boni principis. Colon. 1619. 8.

PHIL.

PHIL. FRANC. BELLMONT de iure puniendi principem in proprio vel alterius territorio delinquentem. Erf. 1717. 4.

IOH. BERNARDVS de optimo principe. Florent. 1561. 8.

PETRVS BIZZARRVS de optimo principe. Venet. 1565. 8.

IENICH. *Bibl. iur. Lipen. p. 476.*

IOH. CASP. BRENDELIVS de iustitia principis clementia temperata. Witt. 1688. 4.

ENNO RVDOLPH. BRENNEISEN Recht Evangelischer Fürsten in Theolog. Streitigkeiten. Halle 1699. 4.

IAC. CALMBERGS principum personis digna. Jen. 1671.

GLAFEY. *Bibl. iur. nat. & gent. p. 387.*

IOH. CALVINVS de principe, maiestate, eiusque priuilegiis. Francof. 1600. 8.

CAROLI CAFFAE disputatio academica gallico-germanica, *Si les princes gagnent leurs subjets par l'amour, ou par la crainte:* ob die Fürsten ihrer Unterthanen Gemüther entweder durch die Furcht oder durch die Liebe gewinnen.

IDEA exacta de bono principe cuius officium requirit curam gerere de bono reipublicae, seu totius regni administrationem exactam iustitiae, coercitionem malorum, defensionem verae religionis, & veri cultus diuini, manutenentiam subditorum in suis iuribus & bonis fortunae, ac contra iniurias extraneorum studii boni publici cum salutaribus legibus, vt honeste viuatur, alter non laedatur, & vnicuique suum tribuatur, pax & tranquillitas inter subditos conseruetur, & quicquid publicam felicitatem promouere possit, non intermittatur. Diuisa in V. Partes, scilicet de cura regni, de iure belli ac obligatione subditorum, de lege aeterna, iure naturali & gentium. Authore Reuerendiss. & Ampliss. Dn. Dn. COELESTINO I. antiquissimi & celeb. Monasterii S. Trudberti austriacae fundationis in Brisgoia Abbate vigilantissimo, status ecclef. anter. Austriae membro dignissimo, I. V. D. Phil. ac Theol. Scoticae emerito Professore. Friburg. in Brisg. 1740. 8.

BENED. CRVSIVS de principe eiusque summa potestate. Vpsal. 1626. 4.

IOANNES CVNERVS de Christiani principis officio deque obedientia ei debita. Colon. 1579. 8.

IOH.

IOH. FRID. DANNREVTHER de iure principibus ſacro. Altd. 1709. 4.

GOTTFR. DEWERDECK de officio principis chriſtiani erga ciuem. Lipſ. 1696. 4.

ANT. GVIL. ERTELII Schau-Bühne des Fürſten-Rechts ſ. Palaeſtra aulico-iuridica de iuribus principum. Norimb. 4.

NATHAN. FALCKIVS de poteſtate imperantium ad actus ſua natura illicitos ſe extendente. Witt. 1698. 4.

HENR. FARNESIVS de principe perfecto. Papiae 1603. 4.

IOH. LAVRENT. FLEISCHERVS de iure principis circa imaginationem. Hal. 1716. 4.

IDEM an princeps ex factis tutoris ſui poſſit obligari. Ibid. eod. 4.

IOH. NIC. FRANCKE de auctoritate principum. Ien. 1665. 4.

GEORG. FRANTZKII Diſſertationes duae de poteſtate principis. Jenae 1622. 4.

VAL. FRIDERICI de ſeuera principis clementia. Lipſ. 1692.

GLAFEY *l. c. p. 386.*

IOH. BERNH. FRIESII Diſſ. de poteſtate legis in principem. Jen. 1675. 4.

EIVSD. diſſ. de auctoritate principis circa teſtamenta. Ibid. 1679. 4.

IDEM de iure principis circa bona ſubditorum. ibid. 1711 4.

AHASV. FRITSCHII princeps peccans, ſeu de peccatis principum. Jen. 1674. 8.

IO. GVIL. DE GOEBEL Idea principis virtuoſi. Rint. 1704. 4.

IOH. HEIDFELDII idea principis optimi. Herborn. 1608. 8.

IOH. HERINGII Mantiſſa de officio principis circa famem, annonam, Dardanarios & Aeruſcatores. Extat cum Tractatu de Molendinis. Francof. 1625. 4.

IENICH. *Bibl. iur. Lip. p.* 474.

DAN. HOGNOVIVS de principis apud ſubditos praeſentia. Reg. 1695.

GLAFEY *l. c. p. 388.*

DAN. FRID. HOHEISEL de principe legibus ſoluto. Hal. 1720. 4.

ISAAC HVRGRONIE Diſſ. de officio principis erga ciues. Lugd. Bat. 1745. 4.

LVD.

LVD. MART. KAHLIVS de iureiurando principis. Gotting. 1740. 4.

HENR. ERN. KESTNER de iure principis circa ſacra. Rint. 1700. 4.

EIVSD. Diſp. de poteſtate principis in ſubditos. ibid. 1711. 4.

IOH. FRID. LANGE de ſtatu principis. Francf. 1672. 8.

CYRIACI LENTVLI princeps abſolutus. Herborn. 1663. 8.

IER. EBERH. LINCK de iure principum. Argent. 1714. 4.

BERNH. LVD. MOLLENBECK de iure principis in perſonam ciuis. Gieſſae 1685.

IOH. IAC. MOSERI diſp. de officio principis circa religionem & ſalutem aeternam ſubditorum. Francof. ad Viadr. 1738. 4.

GOTTFR. VICT. MOEHRING de connubiis principum diſputationes duae. Witt. 1702. 4.

IO. IAC. MVLLERI diſſertt. 2. de principe iuſte ſuam vtilitatem quaerente, *Vasquio* oppoſitae. Jen. 1681. 4.

IDEM de fide principum iuriiurando pari. ibid. 1704. 4.

IOAN. NICOLAI Idea principis. Magd. 1614. 12.

IAC. OMPHALII de officio & potestate principis in republica, libri II. Basl. 1550.

FRANCISC. PALLER quod rex sit subditus legibus. Basl. 1578.

GLAFEY *l. c. p. 389.*

IO. PHIL. PALTHENII Diss. de iure principis circa supputationem temporis subditorum. Gryph. 1703. 4.

FRAT. PAVLVS de iure principum. Benon. 1605. 4.

IENICH. *Bibl. iur. Lip. p. 475.*

IVST. REIFENBERG de beneuolentia ciuium principi necessaria. Brem. 1625. 4.

TOB. IAC. REINHARTH de principe contrahente. Erf. 1731. 4.

CHRIST. ROEHRENSEE Diss. de sincera principum sapientia. Witt. 1681. 4.

EIVSD. diss. de imperantium potestate libera & illimitata. Ibid. 1704. 4.

GEO. PAVL. ROETENBECK an princeps sit solutus legibus ciuilibus. Alt. 1684. 4.

IAC.

IAC. SCHALLER de grauitate principis in sermone. Argent. 1649. 4.

IOH. CHRIST. SCHELLE de principe legibus soluto. Erff. 1709. 4.

IOH. SCHMIDTII libera de principe lingua. Lips. 1688. 4.

IOH. FRIDEM. SCHNEIDERI diss. de testimonio principis. Hal. 1704. 4.

EIVSD. Diss. de illicita contra principem vitae defensione. Ibid. 1702. 4.

MICH. SCHNEIDER an, & quousque principi liceat dissimulare. Witt. 1636. 4.

IOH. IOACH. SCHOEPFER de iure principis circa adespota. Rost. 1705. 4.

GABRIEL. SIOEBERG de obligatione ciuium erga principem. Dorpati 1698. 4.

Vid. *Nou. Litt. Mar. Balt.* *eiusdem anni pag. 136.*

GEORG. AD. STRVVII princeps legibus solutus. Jen. 1685. 4.

SAM. STRYCKII diss. de motu proprio principis. Francof. ad Viadr. 1677. 4. & in Dissertt. Vol. III. d. 11.

IDEM de principe euincente. Wittenb. 1691. 4. & Vol. VI. d. 18.

ID.

ID. de obligatione principis ex facto ministri. Francof. ad Viadr. 1682. 4. & Vol. IV. d. 15.

IDEM de iure principis extra territorium. ibid. 1676. 4. Vol. II. d. 1.

ID. de iure principis aëreo. ibid. 1687. Vol. V. d. 22.

ID. de iure principis circa rationes ciuitatum. Hal. 1699. & Vol. I. d. 24.

CHRIST. THOMASII Diff. de iure principis circa haereticos. Hal. 1697. 4.

IDEM de iure principis circa adiaphora. Ibid. 1699. 4.

IDEM de iure principis euangelici circa solennia sepulturae. Ibid. 1702. 4.

ID. de officio principis euangelici circa augenda salaria ministrorum ecclesiae. Ibid. 1707. 4.

VALENT. VELTHEMII princeps exlex ex politicis principiis assertus. Jen. 1675. 4.

HENR. VFFELMANNVS de sanctimonia principum. Helmst. 1677. 4.

IO. LVD. VHLII Progr. de iure principis circa actus priuatos, primae lineae

ex

ex principiis Cocceianis secundum veritatem ductae. Francof. ad Viadr. 1744. 4.

IAC. WAECHTLERVS de iuramento principis. Witt. 1664. 4.

IO. CHRPH. A WALDKIRCH de iure principum, vom Fürsten Recht. Bas. 1705.

GLAFEY *Bibl. iur. nat. & gent. p. 386.*

DAN. WALTHER num ipse rex aut princeps bellis praesens adesse debeat. Regiom. 1695. 4.

CAR. GOTTL. WEIDLICH de iure principis in regno electiuo circa prospiciendum reipublicae successorem. Lips. 1729. 4

CHRIST. WILDVOGELII Tractatus iuridicus de bono publico, an, & quatenus princeps bonis priuatorum praeferre debeat. Jen. 1695. 4.

ID. de vsu iuris naturalis in actionibus principum conspicuo. Ibid. 1714. 4.

SAM. FRID. WILLENBERG de iure principi negato crica territorium suum. Ged. 1701. 4.

IOH. FRID. WOLFFHARD de maiestate principis legibus soluta. Wittenb. 1678. 4.

IO.

IO. IOACH. ZENTGRAV de ſymbolo boni principiſ, pietate & iuſtitia, cum commentatione morali. Argent. 1680.

PRINCIPIVM IVRIS NATVRAE

vide

ius naturae.

Zufällige Gedancken von der Meinung, daß es kein ſolches Principium iuris naturae gebe, als man bißhero geſuchet. In der vermiſchten Bibliotheck Th. 6. S. 567.

IOANNIS STEPHANI PüTTERI & GOTTFRIDI ACHENWALLI Elementa iuris naturae iuncto ſtudio adornata. Gottingae 1750. 8.

In tres veluti partes haec abeunt elementa, *prolegomena* ſcilicet, *praecognita*, & ipſum *ius naturae.* Prolegomena iuris naturalis conceptum, diuiſionem hiſtoriamque ſiſtunt; in Praecognitis, poſt praemiſſa iuris naturae ex aliis ſcientiis, inprimis ex philoſophia practica generali praeſtruenda principia, materiae de ſtatu hominis morali, de obligatione & lege morali, de imputatione morali, de officiorum denique naturalium diſcrimine, in luce collocantur. Tertia

pars

pars ipsum ius naturae complexa in duas portiones secatur, quarum *altera* generalis est, & introductionem de iure naturae exhibet, *altera* circa singulas eiusdem species versatur. In *illa* ius naturae definitur, cuius principium ponitur: *ne turbes aliorum conseruationem*, ex quo demum eliciuntur principia inferiora, aut, si mauis, conclusiones: *neminem laede: suum cuique tribuat ne inferas damnum: ne sis iniustus;* subiectis deinde iis, quae ad iuris naturae distinctionem a reliquis philosophiae practicae partibus, effectum, ambitum, limites, finemque pertinent. In *hac* praemissa iuris naturalis diuisione in *ius mere naturale & sociale*, de illo agitur primo loco, quod deinde iura minorum societatum, ciuitatis seu ciuile vniuersale, nec non gentium vniuersale ordine quodlibet suo sequuntur. Ratio equidem instituti mei, a latiori libri huius praeclari, nexusque, quo singulae materiae coniunctae sunt, descriptione me arcet; non possum tamen, quin de quibusdam iuris naturalis capitibus, in hunc vsque diem controuersis, sententiam auctorum paucissimis referam. Negant nimirum dari iure naturae successionem atque praescriptionem; ignorare idem ius quasi contractus, affirmant; maiorem laeso in laedentem non tribuunt

pote-

poteſtatem, quam qua laeſio reparatur, & laedenti vel voluntas vel poteſtas amplius nocendi adimitur; propulſionem damni certiſſime imminentis iuſtam belli cauſam habent; patriam poteſtatem morte parentum, vel eorum conſenſu demum finiri contendunt; praeter captiuitatem bellicam, ſaltem pacto ſeruitutem conſtitui credunt, naſci, contra, ſeruum, dominoque in ſeruos ius competere vitae ac neris, ius naturale latet, ius naturae ad integrarum gentium actiones adplicatum, ius gentium eſſe ſtatuunt. Bonitas libri, multitudinem emtorum, haec nouam effecit editionem, Gottingae anno 1753. vulgatam, auctam & emendatam, quippe in qua de obligatione & lege perfecta, *praecognitis*, *ſecundaeque parti* de declaratione mentis & exiſtimatione, capita inſerta deprehenduntur. Porro haec editio, iure ciuili vniuerſali omiſſo, eccleſiaſtico iure vniuerſali, & gentium Europaeo practico aucta eſt. Caeterum ſilentio non eſt praetereundum, capita de iure ciuitatis in genere, ac de iure vniuerſali publico in ſpecie, PÜTTERO, reliqua deberi ACHENWALLO.

GOTTFRIDI ACHENWALLI ius naturae in vſum auditorum. Editio poſt binas priores emendatior. Gottingae 1755. 8.

Non

Non tam noua priorum elementorum editio, quam nouus plane labor, hic liber est, quem auocato per alia negotia ab hoc studiorum genere PÜTTERO, solus scripsit ACHENWALLVS; qui in hoc labore ita est versatus, *vt cuncta denuo perquisiuerit excusseritque, ac omnem impenderit diligentiam in emendandis iis, quae vel in definiendo perspicuitatem, vel in ratiocinando firmitudinem, vel in distinguendo rectitudinem, vel in ordinando dispositionem meliorem desiderare videbantur.* Retinuit tamen auctor primum iuris naturalis & huic disciplinae domesticum propriumque principium: *suum cuique*, in cuius locum aliud, nisi inextricabili confusione Ethicam, iuri philosophico, summa imis miscere malimus, substitui non posse, ipsa rei veritate auctor conuictus est; quamvis ex iure naturali caetera quae cum aliis philosophiae practicae disciplinis communia habet, sine fundamenti eius euersione, proscribi non posse, probe perspiciat. Potius *ex istis principiis vlterius descendendum esse ad illud: suum cuique, eoque rite stabilito tum demum ex deductis inde conclusionibus enasci* putat *disciplinam*, quae peculiari iuris naturalis nomine insigniri mereatur. Complectitur vero hic liber eam iuris naturalis partem, quae ad singulorum in statu liber-

 tatis

tatis naturalis constitutorum iura & obligationes pertinet.

EIVSDEM Iuris naturalis *pars posterior*; complectens ius familiae, ius publicum, & ius gentium, addito iure gentium Europae practico. Gott. 1755. 8.

In hac systematis Achenwalliani parte posteriori, primo omnium agitur *de iure societatum domesticarum vniuersali*, quo ad ciuitatem cognoscendam via sternitur, quippe quod comprehendit & ius sociale in genere, & eas societates, ex quarum coniunctione promanat ciuitas. Sequitur *ius publicum vniuersale*; vbi de iure ciuitatis in genere, postea speciatim tum de iure ciuitatis interno, quo continetur ius publicum vniuersale, absolutum & hypotheticum, tum de iure ciuitatis externo, quo pertinet ius gentium vniuersale, verba fiunt. Quibus omnibus pertractatis transitus fit ad *ius gentium vniuersale*, tam *absolutum*, quam *hypotheticum*, in quo principia iurium dominii & iuris territorialis, pactorum publicorum, legationum, bellique gentium traduntur. His denique *ius Europaearum gentium practicum*, tum in genere, tum in specie respectu iuris absoluti, hypothetici, ac belli accedit.

P. CA-

P. CASTI INNOCENTIS ANSALDI O. P. de principiorum legis naturalis traditione ad Carolum Polinum S. Martini Abbatem Libri tres. Mediol. 1742. 4.

Contenta libri prolixe enarrantur in *Actis Erud. Lipſ. an. 1745. p. 586—591*, vbi ita iudicatur: *quem praefixit titulum operi ſuo vir doctiſſimus, ſcopum tractationis non ſatis dilucide exprimere videtur. Ipſe in eo eſt, vt demonſtret, legem naturalem non tam ex principiis nobiscum natis, quam quidem ex traditione, id eſt, doctrinis inde ab antiquiſſimis hominibus ad poſteros continua ſucceſſione transmiſſis, haberi poſſe. Sed num inde lex naturae dici mereatur, aliis diſpiciendum relinquimus.* Et in fine pag. 591. habentur haec verba: Clariſſimus auctor traditionem iuris naturae principium conſtituendo, hypotheſibus eccleſiae ſuae aliquid dediſſe videtur, quae, quod abunde conſtat, in doctrina religionis reuelatae multum huic concedit. Sed per traditionem quid intellectum velit, non definite exponit, modo illam de doctrina morali in ſacris literis contenta, modo de ſententiis moralibus inde a primis mortalibus per reliquas orbis gentes propagine quaſi quadam ſparſis, & iugiter conſeruatis, accipiens. Stilus per omnia ſi-

bi similis non est, aliquando planus, tersus, nec ornatu destitutus, aliquando soloecismorum & barbarismorum labe foedatus. Commemorantur haec ANSALDI principia quoque in GOTTFR. MASCOVII *quaestionibus selectis iuris naturae & gentium inter Grotium & Pufendorfium controuersis*, quas Lipsiae 1748. 8. exire iussit.

IOH. ARNDII *Principium* principiorum, quibus leges naturales solent demonstrari. Rost. 1712. 4.

Reiectis reliquorum sententiis, principium: *ama te amantes*, verum iuris naturalis, euidens, & adaequatum, Arndio esse videtur.

Gustav Bernhard Beckmanns, und Otto David Heinrich Beckmanns Gedancken von den wahren Quellen des Rechts der Natur. Göttingen 1754. 4.

Distinguunt auctores *possibilitatis*, *existentiae* & *ipsius iuris naturae cognoscendi* principia. *Possibilitas* legum naturalium ex naturali & absoluta, qua Creatori suo deuincti sunt homines, cognoscitur. *Princi-*

pium existentiae harum legum intuitu subiecti, *in Dei voluntate*, intuitu obiecti vero *in rerum ipsarum natura* situm est. Ipsius iuris naturae cognoscendi principium iterum vel *subiectiue* vel *obiectiue* consideratur. Quod ad prius spectat, homines *a priori* naturales leges ex sana ratione, vi conclusionum ex Dei perfectionibus & natura ductarum cognoscunt; *a posteriori* naturaliter iustum & iniustum, aequum & iniquum, conscientia docet. *Principium* cognoscendi ius naturae *obiectiuum* rursus diuiditur in *incomplexum* & in *complexum*, illud *voluntas Dei* & *natura rerum* est, hoc absoluitur regula, quam ipsorum auctorum verbis ponere malumus: **Thue aus Gehorsam gegen Gott, als deinen natürlichen Oberherrn, alles dasjenige, was seinen wesentlichen und nothwendigen Willen gemäß ist, das ist, was so wol seinen unendlichen Vollkommenheiten, als auch deiner eigenen und anderer Dinge Vollkommenheit und den Verhältnissen gemäß ist, worin sich die Dinge von Natur befinden.** Vltimo loco, ii, qui principiis, aliis leges naturales superstruere solent, refutantur.

AND. IVL. DORNMEYERI Diss. de principio primo iuris naturae. Hal. 1707. 4.

Nempe, quicquid ad conseruationem & emendationem naturae facit, id omne iuris naturalis esse, auctor statuit.

IOH. MICH. DAHMII Diss. de vnico, vero, & adaequato iuris naturae principio. Mogunt. 1749. 4.

Sententia auctoris ex definitione iuris naturae, quod in ordinatione diuinae sapientiae conseruationem vniuersi praecipiente consistere putat, haud aegre perspicitur.

IO. FERRY de principiis iuris innati. Argent. 1705. 4.

CHRIST. MICH. FISCHBECK de socialitate haud genuino iuris naturae fundamento. Witt. 1703. 4.

GEO. CHRIST. GLOGAVENII Specimen historico-philosophicum de iuris naturalis principio, historia & defensoribus. Regiom. 1732. 4.

IO. LEON. HAVSCHILDII Noua basis, seu structura iuris naturalis fundamentalis. Subiecta est auctoris commentationi de praesumtione pro libertate naturali in caussis rusticorum. Dresdae 1738. 8.

IO. NIC. HERTII Diss. de socialitate primo naturalis iuris principio. Giess. 1695.

1695. 4. & in Opuſc. Vol. I. Tom. I. diſſ. 2. p. 88–128.

In ſectione *prima* Hertius ſocialitatem demonſtraturus, negat praecepta iuſtitiae, quae in §. 3. *Inſt. de Iuſt. & Iure* continentur, locum primorum iuris naturae principiorum tueri poſſe, deinde altius quoddam principium, nempe ſocialitatem ex *Lege 3, ff. de I. & I.* petit. Reiectis Grotiana atque Pufendorfiana demonſtrandi hanc ſocialitatem, monſtrari eam poſſe *a priori* a conditione hominis interiore, *a poſteriori*, ab illis quae accidunt homini, & a iudiciis hominum, putat: quibus peractis, exploſa Hobbeſii de ſtatu hominum hoſtili, docetur, ſocialitatem cum ſtatu naturali ſtare poſſe. Sectio *ſecunda* ſocialitatem eſſe principium notionum in natura poſitarum, oſtendit; in *tertia* tandem praecepta iuris naturalis ex hoc principio ſigillatim deducuntur.

DAN. FRID. HOHEISEL de principiis iuris naturae. Hal. 1731. 4.

ERICVS HVLTYREN de perennitate finis vltimi iuris naturae. Vpſ. 1728. 8.

SAM. CHRIST. HOLLMANNI iurisprudentiae naturalis primae lineae, operis maioris prodromus. Gottingae 1751. 8.

Placuit auctori viam ad ipsam iuris naturalis pertractationem sternere prolegomenis tam philosophiae practicae in genere, tam sigillatim iuris naturalis. Illis quidem; quod ipsi prima philosophiae practicae pars ius naturae est. Tradunt autem prolegomena haec in compendio, qua ratione philosophia practica ab antiquissimis inde temporibus, inter varias gentes, exculta fuerit, quidve hic ad nostram vsque aetatem gestum sit. Docetur etiam, praecepta iusti, honesti atque decori, quam male misceantur. Ipsius iuris naturalis prolegomena breuem quidem, sed bene ordinatam hujus disciplinae historiam complectuntur, cui Hobbesii & Cocceii systematum delineatio est inserta, quam luculentissima. Ipsa iurisprudentiae naturalis principia *duas* in *partes* abeunt, in quarum *prima* initio de iure & lege eiusque cognitione ac inde oriunda obligatione principia sistuntur generalia, deinde agitur de iure naturae, eiusdem existentia, indole vera, & cognoscendi principio. Collocauit auctor hoc in *voluntate diuina*, quam *ex rerum a Deo creatarum finibus certis* omnium tutissime colligi posse existimat. Cum vero finis creationis vel *vltimus* vel *intermedii* sint, illeque ipsum respiciat numen diuinum; *officia* homini *erga Deum obseruanda*, *ex fi-*

ne

ve hoc vltimo deducenda esse putat. Tametsi ergo *haec officia vel maxime iuris naturalis sint*, ad hanc tamen iuris inter homines obseruandi disciplinam minus commode referri statuit. Quicunque etiam vltimus creationis nostrae constituatur finis, illud certe dubio caret, *illius finis obtinendi gratia Deum salutem & conseruationem nostram velle*. Quare conseruationem nostram pro principio cognoscendi eius, quod Deus aduersus nos aliosque fieri vel omitti velit tuto assumere nos posse credit. Hinc pro principio cognoscendi ius naturae hanc stabiliuit regulam: *quidquid necessarium cum nostra aliorumque conseruatione nexum habet, illud omne tanquam voluntate diuina praeceptum: quidquid manifeste vero cum eadem pugnat, illud tanquam eadem vetitum & interdictum.* Ad hanc igitur normam in parte *secunda*, cuncta metitur auctor officia cum inde pendentibus iuribus, quae diuidit in *officia erga se* & *alios*, haec in *absoluta* & *hypothetica*, quae rursus in *communia* & *propria* dispescit, & *propria* tam *in societatibus minoribus* quam *maioribus* perpendit. Cui contigit audire HOLLMANNVM libellum interpretantem, ei persuasum erit quoque, nullam facile seu inter gentes, seu singulos homines in statu originario ac deriuatiuo, eoque vel socie-

tatis maioris vel minoris incidere iuris naturalis quaestionem posse, ex hoc, quamvis exiguae molis, libello, non decidendam.

IOH. GVIL. IANI Diss. iudicia eruditorum de principio iuris naturalis cum vera sententia comparata. Witt. 1711. 4.

Amorem Dei, sui, & aliorum omnibus reliquis principiis, quae pro primis iuris naturae haberi solent, praefert, cum in hoc omnia iuris naturae requisita reperiantur, ab ipso Legislatore sapientissimo tradatur, & cum hac sententia optimae ac celebratissimae ex caeteris facillime conciliari queant.

IO. AND. KNOBLACH Diss. de principio iuris naturae. Witt. 1709. 4.

Hoc axioma vt principium venditat: in agendo, ceu creatura rationalis, semper respice finem a sapientissimo Numine in creatione mundi intentum, tibique per dictamen rationis natura impressum. Hinc primario ad sanctitatem veritatemque Numinis semper intendendos oculos, secundario homo, vt est creatura, ad conseruationem sui felicitatemque respiciat. VINH. *p. 45.*

IOH. FRID. KONHARD de iure naturae eiusque principiis. Lips. 1719. 4.

FRID.

FRID. ALEX. KüNHOLDI Oratio de Logomachiis circa principium iuris naturae. Lipſ. 1722. 4.

GEO. LANI de fundamento iuris naturae iuxta hypotheſin Valentini Alberti. Lipſ. 1695.

GLAFEY *Bibl. iur. nat. & gent. p.390.*

CHRISTOPH. WILH. LAVRENTII Refutatio errorum repertorum in diſſertatione de legitima principiorum iuris naturae applicatione. Erf. 1720.

Weingaertneriana de legitima principiorum iuris naturae applicatione. Erf. 1720. habita, a Laurentio impugnatur.

IDEM *l. c.*

IOH. WILH. A LITH de principio primo legis naturae. 1699.

IDEM *l. c.*

CHRIST. LOEBER de fundamento legum naturalium ſecundum diſciplinam Socratis. Jenae 1706. 4.

IDEM de fundamento legis naturae contra matalogiam Euripidis. ibid. 1707. 4.

IAC. FRID. LVDOVICI dubia circa hypotheſin de principiis, eiusdemque vindicias. Hal. 1703. 4.

Conſ.

Conf. *Huius Bibl. iur. nat. & gent. Part. I. p. 340. sq.*

CAROLVS LVNDIVS de fundamentis iuris naturae & gentium eorumque discriminibus. Vpsal. 1700. 8.

AL. ARN. PAGENSTECHERI Oratio de iure naturali, eiusque principio, finibus regundis, vtilitate & necessitate. Extat in EIVSD. Syll. Dissertt. Brem. 1713. 12. p. 1 – 18.

IMMANVELIS PROELEI Diss. de origine diuersorum iuris naturalis principiorum, quatenus nec vnica, nec adaequate vera sunt. Lips. 1703. 4.

Sectio prima agit de origine & caussis variorum iuris naturae principiorum apud *Hobbesium*, *Pufendorfium*, *Cumberlandum*, *Cocceium*. In *secunda* disquiritur, in quonam & quatenus vnum horum principiorum alteri praestet & quinam eorum sint vsus atque defectus. *Tertia* ostendit, nullum ex his omnibus unicum & adaequatum iuris naturae principium dici posse.

CAR. OTT. RECHENBERGII Diss. principium cognoscendi iusti & aequi, verum, euidens, adaequatum ex vtilitate. Lips. 1746. 4.

Recen-

Recenſetur in den gründl. Auszügen aus Theolog. ꝛc. Diſputt. eiusdem anni, *pag. 189 – 203.*

BERNH. HENR. REINOLDI Oratio de vero iuris naturae principio. Brem. 1709. 4. recuſa Francof. ad Viadr. 1723. 8.

CASP. A RHEDEN Diſſ. de cauſa obligandi primoque modo cognoſcendi ius naturae. Brem. 1715. 4.

CHRIST. ROEHRENSEE de fundamento iuris naturae. Witt. 1687. 4.

IOH. GOTTH. ROSA de cognitione ſui, iuris naturae principio. Jen. 1718. 4.

IOANNIS SCHEFFERI diſſertatio de iure naturae eiusque fundamento. Holmiae 1676. 12.

Praemiſit auctor *caput proëmiale*, in quo principia generalia tractantur; in *ſecundo* capite de exiſtentia, eſſentia, affectionibus, effectis, & diuiſione iuris naturae verba fiunt; *tertium* varias de iuris naturae fundamento complectitur opiniones; in *tertio* eoque vltimo fundamentum iuris naturae naturam eſſe humanam, auctor euincere laborauit.

Jo.

Johann Jacob Schmauſſens Neues Syſtema des Rechts der Natur. Götting. 1754. 8.

Syſtema hoc in tres libros diuiſum eſt, quorum primus hiſtoriam iurisprudentiae naturalis ab antiquiſſima hominum memoria ad noſtra vsque tempora productam exhibet, in qua, quae viri maxime inſignes de hac diſciplina ſenſerunt, incredibili ſtudio collecta, ipſis eorum verbis manifeſtantur. Liber ſecundus auctoris annotationes ad HOMBERGKII ZV VACH dubia iuris naturae continet. In tertio denique libro quatuor capitibus ius naturae abſoluit auctor, quod ex inſtinctibus naturalibus cognoſcendum eſſe putat. Vberiorem principiorum Schmauſſianorum dedi recenſum in *Prima* huius *Bibliothecae parte* p. 386. ſqq. Vehementer & ſatis acerbe in auctorem eiusque librum inuectus eſt CHLADENIVS in wöchentlichen Bibliſchen Unterſuchungen, p. 536. ſqq. eam ob cauſam in nouis literariis Gottingenſibus notatus, a qua reprehenſione liberare ſeſe peculiari ſcripto voluit Chladenius. Eundum vero refutare ſtuduit MICH. CONR. CVRTIVS libro, cui frons eſt: *Summe Reuerendi Chladenii animadverſiones in ſyſtema iuris naturae Illuſtris Schmauſſii ſub examen vocatae.* 1754. 4. Sed

& alia Schmaussiani systematis defensio in lucem emissa est, hoc insignita titulo: Eines Anonymi eilfertige doch unpartheyische Gedancken über das in des Herrn D. Chladenius wochentlichen Biblischen Untersuchungen gefällete scharfe Urtheil von des Herrn Hofraths Schmauß neuen Systemate des Rechts der Natur. Götting. 1754. 8. In hac defensione id egit auctor, vt ostendat, Chladenium mentem Schmaussii non cepisse, & litem huic motam in logomachiam abire. Schmaussius illustris ipse quoque brexem libri sui defensionem publicauit hac fronte insignitam: Kurze Erleuterung und Verthridigung seines systematis iuris naturae. Gott. 1755. 8. Eodem anno prodiit, unpartheyische Prüfung des von Herrn Hofrath Schmauß bekannt gemachten neuen Systematis des Rechts der Natur von einem aufrichtigen Liebhaber des natürlichen Rechts. Franckf. u. Leipz. 8. in quo Schmaussio varii errores imputantur, isque adeo Spinocismi nomine suspectus habetur. Sed & ipse CHLADENIVS nouum doctrinae Schmaussianae opposuit schediasma, nempe Untersuchung, ob der Satz: daß der Mensch ein angebohrnes Recht habe, alle Schand und Laster zu begehen, wann nur ein anderer dadurch nicht beleidiget wird, in der Lutherischen Kirche erträg-lich

lich sey? Zur Beantwortung der Schmaussischen Vertheidigung seines neuen Iuris naturae. 8

ANDR. SCHOTTI axiomata, quibus ratio & principium iuris naturae vnum, adaequatum euidens, & indemonstrabile sistitur. Lips. 1731 4.

IOACH. HENR. SIBRANDI Problema morale: an detur principium iuris naturae verum, primum, vnicum, adaequatum, & euidens, nec ne? Rost. 1703. 4.

FAB. TOERNER de vario variorum iuris naturalis fundamento. Vpsal. 1727.

IENICHEN Bibl. iur. Lip. pag. 316.

ARN. ANT. TVLLICKEN de fonte iuris naturalis. Amst. 1690. 8.

GEO. WILH. WAGNERI Epistola de doctorum circa primum iuris naturae principium tollendo dissensu. Giessae 1746. 4.

STEPH. SIG. WLOEMEN Diss. de conseruatione sui tanquam primo principio iuris. Giess. 1742. 4.

CHRIST. WOLFFII obseruatio de principio iuris naturalis iuxta doctrinam Christi

Matth.

Matth. V. Habetur in *Horis subcis. Marburg. Trim. Vern.* anni 1730. n. 5.

PRIVILEGIVM.

Obseruationes tres: *de iure principis reuocandi priuilegia* : *de iure principis omnia priuilegia reuocandi si utilitas publica postulet* : *de iure principis reuocandi priuilegia iuramento confirmata.*

Conspiciuntur in Tomo III. obseruatt. Hallens. p. 280–349.

LEON. CARLIER Diss. de priuilegiis in genere ac in specie. Wirceburgi 1737. 4.

HERM. CONRINGII diss. de priuilegiis recte conferendis & reuocandis. Helmst. 1669. 4. & in Opp. Tom. IV. p. 684–697.

IO. ANDR. FROMMANNI Diss. de reuocatione priuilegiorum licita. Tubingae 1704. 4.

FRID. ESAIAE PVFENDORFII de priuilegiis, speciatim de iure de non appellando libellus. Hannov. 1730. 8.

Quoniam auctor rectissime statuit, offendere illos, qui naturam priuilegiorum sine

iuris naturae adiumento adgrediuntur, omnium primo diligenter secundum regulas iuris naturae de renunciatione iurium tanquam fonte priuilegiorum agit, omnem inde priuilegiorum naturam, & modum ea interpretandi deducit, tandemque certa ratione quae iure de non appellando comprehendantur, demonstrat. Compara Acta Erud. Lipf. 1731. p. 163. sq.

IO. GOTTFR. SCHAVMBVRG de natura priuilegiorum tam gratiosorum, quam conuentionalium ex genuinis principiis exhibita. Jen. 1736. 4.

IO. GOTTL. SIEGELII Diss. de genuino priuilegiorum conceptu. Lipf. 1741. 4.

ERASMI VNGEPAVERI Diss. de principum iure in priuilegia. Jen. 1648. 4. & in AHASV. FRITSCHII *Exerc. var. iur. publ.* P. I. p. 184–226.

PROBABILITAS & PROBABILISMVS.

Storia del probabilismo e del rigorismo. 1742.

Huic scripto est opposita: *giustificazione di più personaggi e di altri soggetti riguardevoli contro le accuse disseminate a loro pregiudi-*

giudizio. Luccae 1744. 8. De qua iustificatione conferenda sunt *Noua litt. Gotting. a.* 1744. *p.* 506. *sq.*

IOH. FRID. COTTAE dissertationes duae de probabilismo morali. Jen. 1728. 4.

Gallice post versae, sub rubro: *Traitè de la Probabilitè, ou du choix & de l' usage des opinions probables dans les matieres de la Morale, divisé en deux Parties, dont l' une est historique, l' autre dogmatique.* Amst. 1732. 8.

IO. VER. CRAMERI Specimen nouum iuris naturae de aequitate in probabilibus exemplo emtionis spei illustrata. Marp. 1731. 4.

Probabilismus methodo mathematica demonstratus auctore *Patre* PITANOPHILO. Lugduni Batav. (vel potius Patavii) 1747. 8.

Iustitiam probabilismi ex ratione sana, & auctoritate *Bonauenturae*, *Alberti Magni*, aliorumque demonstrasse sibi videtur.

SAM. RACHELII Examen probabilitatis Jesuiticae nouorumque Casuistarum. Helmst. 1664. 4.

THOMAE STEGERI Commentatio de probabilitate nouo Moralistarum ac Jesuitarum dogmate. Lips. 1668. 4.

ELIAE VEIEL Diss. de probabilitate Moralistarum pontificiorum asylo. Vlm. 1676. 4.

PROCESSVS.

Vom Einfluß des Rechts der Natur in Verbesserung der Processe, agitur in den Oberlausitzischen Beyträgen zur Gelahrheit und deren Historie. P. 2.

SIM. PET. GASSERI Diss. de abstinentia iuris naturae a fallacibus regulis putatiui processus summarii. Hal. 1708. 4.

MARCVS RHODE de iniusto processu regis Achabi contra Nabothum. Francf. 1696. 4.

PROEDRIA
vid.
Praecedentia

FRID. BENED. CARPZOV de iure proëdriae naturali. Witt. 1743. 4.

PROMISSIO vide *pacta* & si quae sunt similia.

GVIL. HIER. BRVCKNER de promissione per vim extorta. Jen. 1690. 4.

CHRIST. MICH. FISCHBECK de promissionibus iuratis metu extortis. Witt. 1701. 4.

MICH. GRASSI Diss. de promissione sub amissione honoris existimationis fidei & famae. Tubingae 1702. 4.

GOTTFR. WEIGH. RING de adquisitione obligationis ex promissione alterius nomine nostro a tertio acceptata iuri naturae contraria. Frf. ad Viadr. 1727. 4.

CHRIST. THOMASII Diss. de obligatione ex promissione rei incertae. Hal. 1715. 4.

EIVSD. diss. an promissor facti liberetur praestando id quod interest. Ibid. 1721. 4.

In vtraque disputatione iura naturae & romana inter se osculantur.

IOACH. WEICKHMANN: promissionem ob turpem causam non esse obligatoriam. Witt. 1678. 4.

IO. ALB. ZIEGENHIRT Diss. de promissis. Vltraj. 1715. 4.

PROMVLGATIO.

BERNH. VAN ESPEN de promulgatione legum. Bruxell. 1712. 4.

PVDICITIA & PVDOR.

CARL. HENR. CHARISIVS de pudore. Franecq. 1678. 4

IOH. BALTH. ELEND de eo quod pro pudicitia per ius naturae licet. Helmst. 1702. 4.

IOH. CHRPH. FALCKNERI Diss. de eo quod iustum vel iniustum est circa laesionem pudicitiae. Jen. 1679. 4.

Iurium peregrinorum, auctoritatisque eorum, qui rationem iuris romani in decidendis quaestionibus iuris omnibus vnice secuti sunt, in hac dissertatione omnia sunt plena.

IO. CHRIST. HENNENBERG Diss. an mulier violentum pudicitiae inuasorem salua conscientia possit occidere? Lips. 1704. 4.

Proposita quaestio de vtroque pudicitia, physica, puta, & morali negando deciditur. De morali; haec enim plane nequit inuitae eripi. De physica; quia 1) nulla proportio inter laesionem & medium eam propellendi videtur esse, 2) stupratae aut matrimonio aut certa pecuniae summa satisfieri, vita vero amissa recuperari non potest 3) stuprator sine vrgente necessitate in infernum

fernum detruditur. Respondetur deinde ad rationes, quae pro affirmatione quaestionis allegari solent, veluti 1) femina grauissimo exponitur periculo in alienum consentiendi peccatum, 2) & communis aestimatio & lex diuina pudicitiam vitae exaequant, 3) virginitas sicuti vita amissa reparari nequit, 4) pudicitia non gentibus modo sed etiam christianis tantae fuit curae, vt eam vita potiorem iudicauerint, 5) iniuriae atroces maxime damnum inaestimabile inferentes cum laedentis morte auerti possunt, 6) per laesionem pudicitiae fama laeditur, quae cum vita pari passu ambulat.

IO. BALTH. IACOBI de matre Antiochena se cum duabus filiabus in fluuium praecipitante seruandae pudicitiae causa. Erf. 1698. 4.

IOACH. HENR. SIBRAND an stupratorem violentum illaesa conscientia occidere liceat. Rost. 1700. 4.

CASP. IVL. WVNDERLICH, an honestae feminae & tuendam pudicitiam violentum interficere liceat stupratorem? Witt. 1627.

GLAFEY *Bibl, iur. nat. & gent. p. 392.*

TOB: IAC. REINHARTHI Programma quo IO. FRID. HOEPNERI honores doctorales indixit, num defensio pudicitiae cum inuasoris nece, licita sit. Erf. 1734. 4.

Quaestio affirmatur in statu naturali, negatur in statu ciuili seu imperii, quamvis doceatur simul, secundum plurium populorum positiuas leges homicidium defendendae pudicitiae caussa commissum impune esse.

PVFENDORFFIVS.

Memores instituti nostri, iis, quae de Pufendorffio ad ipsam iuris naturalis historiam ex Thomasio, Ludouici, Buddeo, Glafeyo, Stollio aliisque discendam pertinere videntur, praetermissis, scriptorum saltem ipsius Pufendorffii, ac eorum, qui de his vel commentando, vel adnotando, vel concinnando, vel alia denique ratione meriti sunt, nec non eorum, qui scriptis suis partem belli Pufendorffiani fecerunt, mentionem iniiciemus. Sequuntur igitur

Pufendorffii scripta iuris naturalis.

1) SAM. PVFENDORFFII Elementa iurisprudentiae vniuersalis. Hagae Com. 1660.

1660. 8. & cum Sphaera morali Jenae 1669. & 1680. 8. Cantabrig. 1672. 8. Francof. 1680. & 1694. 8.

Vita auctoris exhibetur a IO. PETR. A LVDEWIG *in Opusc. orat. Oratione XVII. p. 463. sqq.* HEVMANNO in *Actis Philos. Vol. III. 641. sqq. & pag. 949. sqq.* REIMMANNO *Hist. litt. Vol. IV. p. 612. sqq.* AVCTORE *Biblioth. iur. imper. Cap. I. Pos. V. §. 1 & 2. p. 29. sqq.* GLAEVO in der Gesch. des Rechts der Vern. 3. B. *§. 121. sq. p. 201. sqq.* ANONYMO in *germanica versione Monzambani, Lips. 1710. & 1715. 8.* GENZKENIO *in histor. philos. p. 205. sq.* aliisque. De ipsis iurisprudentiae vniuersalis elementis diuersa sunt eruditorum iudicia, aliis WEIGELIVM eorum parentem habentibus, aliis eadem ESAIAE PVFENDORFFIO adscribentibus, aliis sinistre de iis sentientibus, aliis denique laborem laudantibus.

II) EIVSDEM de iure naturae & gentium libri octo. Lond. Scan. 1672. 4. Lipf. 1672. 4. Francof. 1684. & 1686. 1694. 1696. 1699. 4. & ibid. cum Eride Scandica. 1706. 1716. Amst. 1688. 1704. 4. anglice Oxford 1710. fol. Reliquae versiones occasione annotationum quibus hoc opus instructum fuit indicabuntur.

Conſtitutionem incomparabilis libri praeter plures alios enarrauit BVDDEVS in *Hiſtoria iur. nat.* praemiſſa ipſius *Selectis iur. nat. & gent. Hal. 1704. 8. §. 33. p. 43. ſq.* THOMASIVS in *Paulo plen. Hiſt. iur nat. Cap. VI. §. XIV.* & STOLLIVS in ſua *Bibliotheca pag. 319. ſqq.* Hic dixiſſe ſufficiat, & monitis *Boineburgianis* permotum Pufendorffium, & quod in Elementis ſuis in iuuentute conſcriptis plurima vel plane omiſſa, vel ita tractata deprehenderet, vt adcuratiori lima opus habere viderentur, opus ſuum conſcripſiſſe, ſummo cum plauſu a ſanioribus exceptum; licet Viennae, vrgentibus Ieſuitis, ac Lipſiae ad querelas theologorum, ab Imperatore, & Electore Saxone vendi prohibitum fuerit, neglecta prorſus Pufendorffii monitione, ſe reuelatione tantisper ſepoſita, non ſolis Chriſtianis, ſed omnibus omnium religionum gentibus ſcripſiſſe. Compara *Bibliothecam iur. imper. l. c. p. 32. ſq.*

III) EIVSDEM de officio hominis & ciuis libri II. Lond. Scan. 1673. 8. 1675. 8. 1702. 12. Erf. 1678. 12. Rudolſt. 1678. 12. 1679. 12. 1681. 12. Francof. 1680. 8. Hamb. 1684. 12. Holm. 1689. 12. 1693. 12. 1701. 12. quae editio caeteris potior habetur. Hamb. 1689. 12. 1693. 12. Magd. 1693. 4. Vltraj.

1696.

1696. 12. 1705. 12. 1713. 8. Francof. 1705. 8. 1716. 4. Hamb. 1706. 12. 1709. 12. Gallice Berolini 1696. 12. germanice Lipſ. 1720. anglice Lond. 1715. 8.

Illuſtratores operis Pufendorffiani maioris.

Le Droit de la Nature & des gens &c. par JEAN BARBEYRAC. Amſt. 1706. 4.

BARBEYRACIVS potiſſimum de natura doctrinae moralis, per quam Ethicam, Ius naturae & Politicam intelligit, erudite egit in praefatione lectu digniſſima; cuius curatiorem exhibent delineationem *Acta Erud. Lipſ. anni 1707. p. 25. ſqq.* vbi & verſio & annotata Barbeyracii ſummis praedicantur laudibus, atque auctorem vtroque ſuo labore & iuuenibus bonarum literarum ac moralis doctrinae ſtudioſis ſuccurrere, & iis, qui a literis alieni ſunt, operam praeſtare ſalutarem, iudicatur. Denuo recudi curauit Barbeyracius hanc verſionem *Amſt. 1712. 4.* de qua editione conſuli merentur laudata *Acta Erud. Lipſ. in Supplem. T. VI, S. V. p. 207. ſqq.* **Die Neue Bibliotheck** *T. III. p. 158.* & RATHLEFII **Geſchichte jeztleb. Gel.** *T. I. p. 23. ſq.* & *Bibliotheca Stolliana p. 319.* Stilum in hac editione auctor reddere ornatiorem allabora-

vit,

vit, crescente scilicet in dies linguae gallicae venustate adductus; naeuos, porro, primae versionis emendauit; allegatorum ex veteribus scriptoribus locorum numerum auxit; notas secundis subiectas curis, sexcentis nouis locupletauit, quarum plures, ex iis *Christiani Thomasii* scriptis, quae auctor, cum primam versionis editionem procuraret, nondum viderat, natae sunt. Secutae sunt huius versionis editiones, *tertia* Parisiis (licet titulus Amstelodamum & annum 1712. ostendat) 1713. & *quarta* Basileae 1732, inscio Barbeyracio. *Quinta* eum agnoscit auctorem, quae Amst. 1734. 4. prodiit, adiectis orationibus, de dignitate & vtilitate iuris & historiarum; de studio iuris recte instituendo; de magistratu forte peccante e pulpitis sacris non traducendo. In *anglica Pufendorffii versione* Londini 1717. 4. vulgata deprehenduntur quoque Barbeyracii notae anglica lingua donatae, quibus accessit deinde etiam eiusdem praefationis in eandem linguam versio, in ea Pufendorffii versione anglicana, quae Lond. 1729. recusa est.

SAM. PVFENDORFFII de iure naturae & gentium libri octo cum annotatis IOAN. NIC. HERTII Francf. ad Moen. 1706. 1717. & Amst. 1715. 4.

SAM.

SAM. L. B. A PVFENDORF de iure naturae & gentium libri octo, cum integris commentariis virorum Clarissimorum *Ioh. Nic. Hertii*, atque *Io. Barbeyracii*. Accedit Eris Scandica, Recensuit & animaduersionibus illustrauit GOTTFRIDVS MASCOVIVS. Tomi II. Francof. & Lips. 1744. 4.

Scilicet auctor Pufendorffii libros qua contextum latinum emendatiores, adiectis etiam singulorum auctorum in iis laudatorum capitibus & paginis in lucem emisit. Fundus animaduersionum Mascouii sunt Barbeyracii notae, ac Thomasii Titiique dogmata. Tria caeterum Mascouius in animaduersionibus ob oculos sibi posuit obseruanda, 1) vt auctoris sententiae falsae, rationesue infirmae, emendentur, fulcianturque, 2) vt eiusdem bene recteque dicta asserantur contra dissentientium cauillationes, 3) vt eadem haec ipsa iuris diuini & romani collatione illustrentur. De quibus omnibus ac praefatione editoris ampla eaque docta, plura dicuntur in *Actis Erud. Lips. anni 1744. p. 65–72.*

IO. HENR. ROTHERI Examen iuris naturae & gentium ex Pufendorfio institutum. Lips. 1719. 1722. & 1733. 8.

Huius

Huius examinis auctior quasi editio est EIVSDEM *Commentatio historico-theoretico-practica in Sam. L. B. de Pufendorff de officio hominis & ciuis iuxta legem naturalem libros II. selectissimis Titii, Barbeyracii, Heineccii, aliorumque autorum notis, annotationibus, exemplisque politicis & iuridicis, ac definitionibus demonstratiue vbique illustrata. Praemissa delineatione operi. Pufendorfiani in tabulas redacta, cum iuris naturae & gentium historia. Lips.* 1748. 4. Quae commentatio praeter vberiorem materiarum tractationem methodo erotematica ordinatam; adiectam quoque habet epistolam Leibnitii censoriam cum animaduersionibus Barbeyracii a Massonio in latinum sermonem translatis. Recensetur in *Nouis lit. Lips. anni 1748. nr. 71.*

Des Herrn von Puffendorffs acht Bücher vom Natur- und Völcker-Rechte. Franckf. 1711. 4.

Libros priores duos IMMANVELI WEBERO reliquos DAVIDI SCHNEIDERO debemus. Huic versioni notae *Hertii & Barbeyracii* adiectae sunt. Adi *Acta Erud. Lips. de anno 1712. p. 31.*

Com-

Compendium iurisprudentiae vniuersalis ex Sam. Pufendorffii opere de iure naturae & gentium. Frf. 1694. & 1699. 12.

SPAVANI Puffendorf's Law of nature and Nations faithfully abrigg'd 1716. 8.

Conf. *Bibl. iur. imper. Cap. I. Pos. V. §. 15. p. 43.*

Illustratores libri Pufendorffiani de off. hom. & ciuis.

IOH. BARBEYRACII Devoirs des hommes & des Citoyens, suiuant la loy naturelle traduite du latin de Puffendorff. Amst. 1707. 1715. 1718. 1735. 8.

Eruditas subiecit notas Barbeyracius quas in latinum idioma translatas cum ipso Pufendorffii libello edidit SEBASTIANVS MASSONIVS sub titulo: SAM. PVFENDORFII *de officiis hominis & ciuis, prout praescribuntur lege naturali Libri II.* cum notis consultissimi ac celeberrimi Io. Barbeyracii, nec non eiusdem animaduersionibus in epistolam censoriam anonymi, quaedam auctoris principia illustrantibus. Giessae 1729. & 1731. & 1741. 8.

S. PVFFENDORFII de officio hominis & ciuis iuxta legem naturalem libri duo. Sup-

Supplementis & obseruationibus in academicae iuuentutis vsum auxit & illustrauit GERSCHOMVS CARMICHAEL *Philosophiae in academia Glasguensi Professor.* Edinb. 1724. 12. & iuxta exemplar Edinburgense Basil. 1739. 8.

Auctor obseruationum id praecipue egit, vt obligationem legum naturalium ex iustis de existentia, perfectionibus & prouidentia Dei principiis demonstret, atque hinc nexum philosophiae moralis & theologiae naturalis arctissimum doceat. Praeterea talia proposuit principia, qualia perficiendo philosophiae moralis systemati a Leibnitio optato, inseruire possent: suppleuit quoque a Pufendorfio sicco pede praeterita ethices principia, additis iis, quae de moralitate actionum humanarum, de summo bono, ac temperatione instinctuum naturalium. scitu necessaria esse videbantur. Multa Titii & Barbeyracii vel sua fecit, vel confirmauit, vel ampliauit. Ordinem tractandi officia in statu ciuitatis ab Hubero in libello de iure ciuitatis obseruatum, maximam partem secutus est. Textum Pufendorfianum ex prima libri editione, quam ipse Pufendorfius curauit, retinuit quidem, sed quasdam emendationes tamen, quae

Ba-

Barbeyracio placuerunt, adprobauit. Recensum inuenies adcuratiorem in *Actis Erud. Lipſ. anni 1727. p. 45. ſqq. & in Nouis lit. Gotting. a. 1740. p. 728. ſq.*

IO. EENBERGII L. B. Sam. de Pufendorf liber de officio hominis & ciuis in quaeſtiones & reſponſiones reſolutus. Vpſal. 1699. 8.

IOH. GOTTL. HEINECCII Praelectiones academicae in Sam. Pufendorffii de officio hominis & ciuis libros II. Berolini. 1742. 8.

Has praelectiones IO. LVD. VHLIO debemus, ex quibus mirabilis auctoris, ſermonem captui auditorum accomodandi poteſtas elucet. Varia tamen de iis monentur in *Nouis lit. Gottingenſibus anni 1742. p. 901*, vbi ita iudicatur: Man muß ſich aber keine Hoffnung machen, aus der ganzen Abhandlung eine richtige Erkänntniß des in genauem Verſtande genannten Rechts der Natur zu erlangen, deſſen Pflichten man mit Zwang von andern zu fordern befugt iſt. Pufendorfs Buch iſt dazu nicht tüchtig, indem es die Pflichten der Ehrbarkeit, Billigkeit, Höflichkeit, mit den Pflichten des Rechts durchgehends vermiſchet, und indem der ſeel. Hei-

neccius dieses Buch nur zu erklären gesucht, hat er solche Vermengung nicht vermieden. An seinen Gründen ist hin und wieder vieles auszusetzen. Ihnen fehlen theils richtige Grundsätze des Rechts der Natur, daraus sie fließen müssen, theils die gehörige Stärcke eines Schlusses, nach welcher man bey vielen wichtigen Materien sich vergebens umsiehet. Prolegomena breuem, eamque bene ordinatam iuris naturae historiam complectuntur.

ANDR. AD. HOCHSTETTERI Collegium Pufendorfianum super libris duobus de officio hominis & ciuis, anno 1700. in academia Tubingensi XII. exercitationibus institutum. Tubing. 1710. 4.

Honorificum Hochstettero est GLAFEII *in Hist. iur. nat.* iudicium, daß Er durch dieses Collegium so wohl dem Buch de off. hom. & civ. als auch dem größern Pufendorfischen Wercke ein vortrefliches Licht angezündet, und hin und wieder sehr gelehrte Meditationes einfließen lassen, weswegen er auch mit diesem Buche keinen geringen Beyfall unter den Gelehrten gefunden. Hochstetterus doctrinam scholasticorum de lege Dei aeterna contra Thomasium defendit, contra ea vero socialitatem cum Pufendorfio aduersus scholasticos tuetur, principium Pufendorfii perspicue

ſpicue explicat, & variis teſtimoniis, tam ſacris quam profanis confirmat, ac in materia *perſeitatis* & *moralitatis obiectiuae* modeſte a Pufendorfio diſſentit. In fine operi adiectus eſt auctoris de iure poenarum tractatus. Plura de eo noſſe cupientes remittimus ad LVDOVICI *Hiſt. iur. nat. §. 45 p. 82. ſqq. Acta erud. Lipſ. anni 1710. p. 176.* Neuen Bücher Saal der gel. Welt, Oefn 17. p. 331–347.

DAN. FRID. HOHEISELII Theſes controuerſae iuris naturae & gentium ex Sam. L. B. de Pufendorf de officio hominis & ciuis libris II. ac Titii obſeruationibus ſubiectis collectae. Hal. 1726. 4.

S. PVFENDORFII de off. hom. & ciu. iuxta legem naturalem libri duo. Selectis variorum notis, maximeque propriis illuſtrauit, Cel. Buddei hiſtoriam I. N. notis adauctam praemiſit, indicemque rerum ſubiunxit THOMAS IOHSON. Editio ſecunda auctior & emendatior. Lond. 1737. 8.

Prodiit primum hic liber Cantabr. 1736. 8. Secundam editionem adcurate delineatam praebent *Acta Erud. Lipſienſia anni 1741. menſ. octobr. p. 615.* vbi de eius praeſtantia

hoc interponitur iudicium: Post toties iteratas a viris celeberrimis, Titio, Barbeyracio, Ottone, Webero, Treuero, Lehmanno, aliisque, huius libri praestantissimi editiones, aliam nobis & admodum nitidam eam quidem, Clarissimus editor parauit, & iuuentuti inde academicae, quae naturali iuri nauat operam, notitiam eiusdem faciliorem reddidit. Noluit is quidem, vt scribit in praefatione, doctis harum rerum peritis eadem prodesse, sed nouitium modo & parum in hoc literarum genere exercitatum, iussit fructum ex ea, commodumque percipere; cui tamen modestiae non possumus non asseuerare, quod vel ab intelligentissimo quoque magnam sibi gratiam vir doctissimus parauerit, cum librum vtilissimum & multis vtique veritatibus instructum, commodiori forma & habitu exire prelo fecerit, nouaque facie & ornatu in publicum emiserit.

DIETERICI HERMANNI KEMMERICHII Pufendorfius enucleatus, seu Elementa iuris naturae & gentium, per modum obseruationum ad Samuelis Liberi Baronis de Pufendorf librum de officio hominis & ciuis, succinctis positionibus tradita, adiectis capitibus iuris publici vniuer

vniuerſalis, & iuris gentium a Pufendorfio omiſſis. Lipſ. 1716. 8.

ERN. KOENIGII Disquiſitio ſuper iuſtitia particulari libris duobus Perilluſtris Sam. L. B. de Pufendorff de O. H. & C. dilucidandis tributa. Elbingae 1698. 4.

Libelli dotes enumerantur in *Nouis* litt. Mar. Balth. 1698. p. 180.

IOH. IAC. LEHMANNVS Pufendorfium de O. H. & C. cum ſelectis aliorum, maxime propriis adnotationibus. Jenae 1721. 4. edidit.

IENICH. *Bibl. iurid. Lip. p.* 493.

Anonymi Epiſtola de principiis operis Pufendorfiani de officio hominis & ciuis.

Haec epiſtola cenſoria, cuius auctor Leibnitius eſt, teſtantibus *Pagenſtechero* in *editione Pufendorfii de Off. hom. & ciu.* & *Auctoribus* des Neuen Bücher-Saals der gel. Welt, Oefn. XI. p. 836. aliisque, primum typis exſcripta anno 1709. in *Iuſti Chrph. Boehmeri* Programmate, quo XII. Diſputationes in Syſtema Pufendorfianum publice defendendas indicabat, extat quoque in dem Neuen Bücher-Saal l. c. p. 836–852; nec

non apud Pagenstecherum l. c. & in Barbeyracii versione, additis tamen in epistolam hanc censoriam Barbeyracii animaduersionibus, quas cum epistola a Massonio in linguam latinam translatas adiecit Rotherus commentationi suae in Puffendorfii librum de off. hom. & ciu. Lipſ. 1748. emissae. Errasse autem putat Leibnitium in constituendis principiis, nempe causa legis efficiente, fine, & obiecto iuris naturae Pufendorfium, cuius tamen causam in se susceperunt defendendam, Barbeyracius, Immanuel Weberus in monitis apologeticis contra Leibnitii epistolam censoriam editioni Pufendorfii de O. H. & C. procuratae adiectis, ac denique *Glafeyus* in der Geschichte des R. der Vern. L. 3. §. 141. p. 213-215.

SAM. PVFENDORFII de officio H. & C. libri duo in vsum Athenaei Gedanensis recusi, & triginta disputationibus illustrati per IO. GOTTL. MOLLERVM. Ged. 1698. 12.

SAM. PVFENDORFII de O. H. & C. libri duo. EVERARDVS OTTO *ICtus* & *Antecessor* in vsum auditorum recensuit & annotationibus illustrauit. Accedunt *Cl. Titii* ad eosdem obseruationes. Traj. ad Rh. 1728. 8.

Otto-

Ottonis annotationes, in quibus vtilitas iuris naturae in studio iuris ciuilis, & huius in illo abusus demonstratur, recensentur in Neuen Zeitungen von gel. Sach. 1729. p. 27. sq. & 307. & *actis Erud. Lips.* 1729. p. 83. & *apud* STOLLIVM *in* der Hist. der gel. p. m. 673. *nec non in* den Zusätzen p. 211. sq.

SAM. L. B. DE PVFENDORF de O. H. & C. libri duo. Editio nouissima, aucta lemmatibus, indicibus supplementis, & appendicibus, accurante ALEX. ARN. PAGENSTECHERO. Groeningae 1712. 8.

Praeter textum Pufendorfianum ad editionem Vltraiectinam de anno 1696. expressum, in hac editione occurrunt appendices 1) summaria, quae in vltraiectinae editionis margine conspiciuntur. 2) Supplementa Pufendorfiana a Webero textui inserta 3) Boehmeri Programma Leibnitii Epistolam complexum 4) Summaria praefationis Pufendorfianae, quae in editione Vltraiectina desunt 5) Ipsius Pagenstecheri Oratio de laudibus Arminii, & virtute bellica Germanorum. Quae oratio ideo adiecta est, quod multae quaestiones iuris naturalis in ea discutiuntur, v. gr. *quaenam sermonis iura & officia sermocinantium sint ex iure naturae? Patri qualem ius naturae & gentium indul-*

geat potestatem maxime circa nuptias liberorum? An ius gentium arma in Tyrannos subditis eorum indulgeat? Deum trinunum an & natura dictet? Ad quem de iure naturae pertineat thesauras? Adi den Neuen Bücher-Saal ꝛc. Oefn. 15. p. 187 – 191.

Einleitung zur Staats- und Sitten-Lehr, oder Vorstellung der schuldigen Gebühr aller Menschen, und insonderheit der Bürgerlichen Staats-Verwandten. Leipz. 1691. u. 1702. 12.

Auctor versionis IMMANVEL PROELEVS notas adiecit. *Bibl. iur. imp. p. 43.*

IOH. EBERH. ROESLERI themata iurisprudentiae naturalis ad ductum libri Pufendorfiani de officio hominis & ciuis. Tub. 1726. 4.

GOTTL. GERH. TITII obseruationes in Sam. Pufendorfii de off. hom. & ciu. libros II. Lipf. 1703. 12.

Quas postea textui subiici curauit Lipf. 1715. & 1722. 8. Conf. *Bibl. iur. imp. p. 44.*

GOTTL. SAM. TREVERI annotationes ad Pufendorfium de off. Hom. & Ciu. Lipf. & Guelph. 1717. & auctior editio 1726. & 1735. 8.

Vid.

Vid. die Teutsche *Acta Eruditorum* P. 123. nr. 5. p. 222.

IOH. RVDOLPH. A WALDKIRCH Annotata atque exempla illustrantia in Pufendorfii libros duos de O. H. & C. Basil. 1711. 8.

IMMANVEL WEBERVS textui Pufendorfiano notas adnexuit, vna cum monitis apologeticis ad epistolam, qua G. Leibnitius principia Pufendorfiana obelo notare voluit. Francof. 1718. 8. & 1719. 8.

Conf. *Auctor Bibl. iur. imp. p.* 43.

IOH. BALTH. WERNHERI notae ad Sam. Pufendorfium de off. hom. & ciu. Extant in *Analectis Iur. nat. & Gent.* Witt. 1722. 8.

Scripta Belli Pufendorfiani partem facientia ordine chronologico disposita

ANNO MDCLXXIII.

CHRISTIANI VIGILIS *Germani* ad Sincerum Wahrenbergium Suecum epistola seu dissertatio super polygamia simultanea &c. Germanopoli 1673. 4.

Auctorem huius scripti esse FRIDERICVM GESENIVM, qui ea in opinione fuit, sub

H 5 Wah-

Huius examinis auctior quasi editio est EIVSDEM *Commentatio historico-theoretico-practica in Sam. L. B. de Pufendorff de officio hominis & ciuis iuxta legem naturalem libros II. selectissimis Titii, Barbeyracii, Heineccii, aliorumque autorum notis, annotationibus, exemplisque politicis & iuridicis, ac definitionibus demonstratiue vbique illustrata. Praemissa delineatione operi. Pufendorfiani in tabulas redacta, cum iuris naturae & gentium historia. Lips.* 1748. 4. Quae commentatio praeter vberiorem materiarum tractationem methodo erotematica ordinatam, adiectam quoque habet epistolam Leibnitii censoriam cum animaduersionibus Barbeyracii a Massonio in latinum sermonem translatis. Recensetur in *Nouis lit. Lips. anni 1748. nr. 71.*

Des Herrn von Puffendorffs acht Bücher vom Natur- und Völcker-Rechte. Franckf. 1711. 4.

Libros priores duos IMMANVELI WEBERO reliquos DAVIDI SCHNEIDERO debemus. Huic versioni notae *Hertii & Barbeyracii* adiectae sunt. Adi *Acta Erud. Lips. de anno 1712. p. 31.*

Com-

Compendinm iurisprudentiae vniuersalis ex Sam. Pufendorffii opere de iure naturae & gentium. Frf. 1694. & 1699. 12.

SPAVANI Puffendorf's Law of nature and Nations faithfully abrigg'd 1716. 8.

Conf. *Bibl. iur. imper. Cap. I. Pos. V. §. 15. p. 43.*

Illustratores libri Pufendorffiani de off. hom. & ciuis.

IOH. BARBEYRACII Devoirs des hommes & des Citoyens, suiuant la loy naturelle traduite du latin de Puffendorff. Amst. 1707. 1715. 1718. 1735. 8.

Eruditas subiecit notas Barbeyracius quas in latinum idioma translatas cum ipso Pufendorffii libello edidit SEBASTIANVS MASSONIVS sub titulo: SAM. PVFENDORFII *de officiis hominis & ciuis, prout praescribuntur lege naturali Libri II.* cum notis consultissimi ac celeberrimi Io. Barbeyracii, nec non eiusdem animaduersionibus in epistolam censoriam anonymi, quaedam auctoris principia illustrantibus. Giessae 1729. & 1731. & 1741. 8.

S. PVFFENDORFII de officio hominis & ciuis iuxta legem naturalem libri duo. Sup-

Supplementis & obſeruationibus in academicae iuuentutis vſum auxit & illuſtrauit GERSCHOMVS CARMICHAEL *Philoſophiae in academia Glasguenſi Profeſſor.* Edinb. 1724. 12. & iuxta exemplar Edinburgenſe Baſil. 1739. 8.

Auctor obſeruationum id praecipue egit, vt obligationem legum naturalium ex iuſtis de exiſtentia, perfectionibus & prouidentia Dei principiis demonſtret, atque hinc nexum philoſophiae moralis & theologiae naturalis arctiſſimum doceat. Praeterea talia propoſuit principia, qualia perficiendo philoſophiae moralis ſyſtemati a Leibnitio optato, inſeruire poſſent: ſuppleuit quoque a Pufendorfio ſicco pede praeterita ethices principia, additis iis, quae de moralitate actionum humanarum, de ſummo bono, ac temperatione inſtinctuum naturalium. ſcitu neceſſaria eſſe videbantur. Multa Titii & Barbeyracii vel ſua fecit, vel confirmauit, vel ampliauit. Ordinem tractandi officia in ſtatu ciuitatis ab Hubero in libello de iure ciuitatis obſeruatum, maximam partem ſecutus eſt. Textum Pufendorfianum ex prima libri editione, quam ipſe Puſendorfius curauit, retinuit quidem, ſed quasdam emendationes tamen, quae

Bar-

Barbeyracio placuerunt, adprobauit. Recentium inuenies adcuratiorem in *Actis Erud. Lipſ. anni 1727. p. 45. ſqq. & in Nouis lit. Goetting. a. 1740. p. 728. ſq.*

IO. EENBERGII L. B. Sam. de Pufendorf liber de officio hominis & ciuis in quaeſtiones & reſponſiones reſolutus. Vpſal. 1699. 8.

IOH. GOTTL. HEINECCII Praelectiones academicae in Sam. Pufendorffii de officio hominis & ciuis libros II. Berolini. 1742. 8.

Has praelectiones IO. LVD. VHLIO debemus, ex quibus mirabilis auctoris, ſermonem captui auditorum accomodandi poteſtas elucet. Varia tamen de iis monentur in *Nouis lit. Gottingenſibus anni 1742. p. 901*, vbi ita iudicatur: Man muß ſich aber keine Hoffnung machen, aus der ganzen Abhandlung eine richtige Erkänntniß des in genauem Verſtande genannten Rechts der Natur zu erlangen, deſſen Pflichten man mit Zwang von andern zu fordern befugt iſt. Pufendorfs Buch iſt dazu nicht tüchtig, indem es die Pflichten der Ehrbarkeit, Billigkeit, Höflichkeit, mit den Pflichten des Rechts durchgehends vermiſchet, und indem der ſeel. Hei-

neccius dieses Buch nur zu erklären gesucht, hat er solche Vermengung nicht vermieden. An seinen Gründen ist hin und wieder vieles auszusetzen. Ihnen fehlen theils richtige Grundsätze des Rechts der Natur, daraus sie fließen müssen, theils die gehörige Stärcke eines Schlusses, nach welcher man bey vielen wichtigen Materien sich vergebens umsiehet. Prolegomena breuem, eamque bene ordinatam iuris naturae historiam complectuntur.

ANDR. AD. HOCHSTETTERI Collegium Pufendorfianum super libris duobus de officio hominis & ciuis, anno 1700. in academia Tubingensi XII. exercitationibus institutum. Tubing. 1710. 4.

Honorificum Hochstettero est GLAFEII *in Hist. iur. nat.* iudicium, daß Er durch dieses Collegium so wohl dem Buch de off. hom. & civ. als auch dem größern Pufendorfischen Wercke ein vortrefliches Licht angezündet, und hin und wieder sehr gelehrte Meditationes einfließen lassen, weswegen er auch mit diesem Buche keinen geringen Beyfall unter den Gelehrten gefunden. Hochstetterus doctrinam scholasticorum de lege Dei aeterna contra Thomasium defendit, contra ea, vero socialitatem cum Pufendorfio aduersus scholasticos tuetur, principium Pufendorfii perspicue

ſpicue explicat, & variis teſtimoniis, tam ſacris quam profanis confirmat, ac in materia *perſeitatis* & *moralitatis obiectiuae* modeſte a Pufendorfio diſſentit. In fine operi adiectus eſt auctoris de iure poenarum tractatus. Plura de eo noſſe cupientes remittimus ad LVDOVICI *Hiſt. iur. nat.* §. 45 *p.* 82. *ſqq. Acta erud. Lipſ. anni* 1710. *p.* 176. Neuen Bücher Saal der gel. Welt, Oefn 17. p. 331-347.

DAN. FRID. HOHEISELII Theſes controuerſae iuris naturae & gentium ex Sam. L. B. de Pufendorf de officio hominis & ciuis libris II. ac Titii obſeruationibus ſubiectis collectae. Hal. 1726. 4.

S. PVFENDORFII de off. hom. & ciu. iuxta legem naturalem libri duo. Selectis variorum notis, maximeque propriis illuſtrauit, Cel. Buddei hiſtoriam I. N. notis adauctam praemiſit, indicemque rerum ſubiunxit THOMAS IOHSON. Editio ſecunda auctior & emendatior. Lond. 1737. 8.

Prodiit primum hic liber Cantabr. 1736. 8. Secundam editionem adcurate delineatam praebent *Acta Erud. Lipſienſia anni* 1741. *menſ. octobr. p.* 615. vbi de eius praeſtantia

hoc interponitur iudicium: Poſt toties iteratas a viris celeberrimis, Titio, Barbeyracio, Ottone, Webero, Treuero, Lehmanno, aliisque, huius libri praeſtantiſſimi editiones, aliam nobis & admodum nitidam eam quidem, Clariſſimus editor parauit, & iuuentuti inde academicae, quae naturali iuri nauat operam, notitiam eiusdem faciliorem reddidit. Noluit is quidem, vt ſcribit in praefatione, doctis harum rerum peritis eadem prodeſſe, ſed nouitium modo & parum in hoc literarum genere exercitatum, iuſſit fructum ex ea, commodumque percipere; cui tamen modeſtiae non poſſumus non aſſeuerare, quod vel ab intelligentiſſimo quoque magnam ſibi gratiam vir doctiſſimus parauerit, cum librum vtiliſſimum, & multis vtique veritatibus inſtructum, commodiori forma & habitu exire prelo fecerit, nouaque facie & ornatu in publicum emiſerit.

DIETERICI HERMANNI KEMMERICHII Pufendorfius enucleatus, ſeu Elementa iuris naturae & gentium, per modum obſeruationum ad Samuelis Liberi Baronis de Pufendorf librum de officio hominis & ciuis, ſuccinctis poſitionibus tradita, adiectis capitibus iuris publici vniuer-

vniuerſalis, & iuris gentium a Pufendorfio omiſſis. Lipſ. 1716. 8.

ERN. KOENIGII Disquiſitio ſuper iuſtitia particulari libris duobus Perilluſtris Sam. L. B. de Pufendorff de O. H. & C. dilucidandis tributa. Elbingae 1698. 4.

Libelli dotes enumerantur in *Nouis* litt. Mar. Balth. 1698. p. 180.

IOH. IAC. LEHMANNVS Pufendorfium de O. H. & C. cum ſelectis aliorum, maxime propriis adnotationibus. Jenae 1721. 4. edidit.

IENICH. *Bibl. iurid. Lip. p. 493.*

Anonymi Epiſtola de principiis operis Pufendorfiani de officio hominis & ciuis.

Haec epiſtola cenſoria, cuius auctor Leibnitius eſt, teſtantibus *Pagenſtechero* in *editione Pufendorfii de Off. hom. & ciu.* & *Auctoribus* des Neuen Bücher-Saals der gel. Welt, Oefn. XI. p. 836. aliisque, primum typis exſcripta anno 1709. in *Iuſti Chrph. Boehmeri* Programmate, quo XII. Diſputationes in Syſtema Pufendorfianum publice defendendas indicabat, extat quoque in dem Neuen Bücher-Saal l. c. p. 836–852; nec

non apud Pagenstecherum l. c. & in Barbeyracii versione, additis tamen in epistolam hanc censoriam Barbeyracii animaduersionibus, quas cum epistola a Massonio in linguam latinam translatas adiecit Rotherus commentationi suae in Puffendorfii librum de off. hom. & ciu. Lipf. 1748. emissae. Errasse autem putat Leibnitium in constituendis principiis, nempe causa legis efficiente, fine, & obiecto iuris naturae Pufendorfium, cuius tamen causam in se susceperunt defendendam, Barbeyracius, Immanuel Weberus in monitis apologeticis contra Leibnitii epistolam censoriam editioni Pufendorfii de O. H. & C. procuratae adiectis, ac denique *Glafeyus* in der Geschichte des R. der Vern. L. 3. §. 141. p. 213. 215.

SAM. PVFENDORFII de officio H. & C. libri duo in vsum Athenaei Gedanensis recusi, & triginta disputationibus illustrati per IO. GOTTL. MOLLERVM. Ged. 1698. 12.

SAM. PVFENDORFII de O. H. & C. libri duo. EVERARDVS OTTO *ICtus* & *Antecessor* in vsum auditorum recensuit & annotationibus illustrauit. Accedunt *Cl. Titii* ad eosdem obseruationes. Traj. ad Rh. 1728. 8.

Otto-

Ottonis annotationes, in quibus vtilitas iuris naturae in studio iuris ciuilis, & huius in illo abusus demonstratur, recensentur in Neuen Zeitungen von gel. Sach. 1729. *p. 27. sq. & 307. & actis Erud. Lips. 1729. p. 83. & apud* STOLLIVM *in* der Hist. der gel. *p. m. 673. nec non in* den Zusätzen *p. 211. sq.*

SAM. L. B. DE PVFENDORF de O. H. & C. libri duo. Editio nouissima, aucta lemmatibus, indicibus supplementis, & appendicibus, accurante ALEX. ARN. PAGENSTECHERO. Groeningae 1712. 8.

Praeter textum Pufendorfianum ad editionem Vltraiectinam de anno 1696. expressum, in hac editione occurrunt appendices 1) summaria, quae in vltraiectinae editionis margine conspiciuntur. 2) Supplementa Pufendorfiana a Webero textui inserta 3) Boehmeri Programma Leibnitii Epistolam complexum 4) Summaria praefationis Pufendorfianae, quae in editione Vltraiectina desunt 5) Ipsius Pagenstecheri Oratio de laudibus Arminii, & virtute bellica Germanorum. Quae oratio ideo adiecta est, quod multae quaestiones iuris naturalis in ea discutiuntur, v. gr. *quaenam sermonis iura & officia sermocinantium sint ex iure naturae? Patri qualem ius naturae & gentium indul-*

geat potestatem maxime circa nuptias liberorum? An ius gentium arma in Tyrannos subditis eorum indulgeat? Deum trinunum an & natura dictet? Ad quem de iure naturae pertineat thesauras? Adi den Neuen Bücher-Saal ꝛc. Oefn. 15. p. 187–191.

Einleitung zur Staats- und Sitten-Lehr, oder Vorstellung der schuldigen Gebühr aller Menschen, und insonderheit der Bürgerlichen Staats-Verwandten. Leipz. 1691. u. 1702. 12.

Auctor versionis IMMANVEL PROELEVS notas adiecit. *Bibl. iur. imp. p. 43.*

IOH. EBERH. ROESLERI themata iurisprudentiae naturalis ad ductum libri Pufendorfiani de officio hominis & ciuis. Tub. 1726. 4.

GOTTL. GERH. TITII obseruationes in Sam. Pufendorfii de off. hom. & ciu. libros II. Lipf. 1703. 12.

Quas postea textui subiici curauit Lipf. 1715. & 1722. 8. Conf. *Bibl. iur. imp. p. 44.*

GOTTL. SAM. TREVERI annotationes ad Pufendorfium de off. Hom. & Ciu. Lipf. & Guelph. 1717. & auctior editio 1726. & 1735. 8.

Vid.

Vid. die Teutsche *Acta Eruditorum* P. 123. nr. 5. p. 222.

IOH. RVDOLPH. A WALDKIRCH Annotata atque exempla illustrantia in Pufendorfii libros duos de O. H. & C. Basil. 1711. 8.

IMMANVEL WEBERVS textui Pufendorfiano notas adnexuit, vna cum monitis apologeticis ad epistolam, qua G. Leibnitius principia Pufendorfiana obelo notare voluit. Francof. 1718. 8. & 1719. 8.

Conf. *Auctor Bibl. iur. imp. p.* 43.

IOH. BALTH. WERNHERI notae ad Sam. Pufendorfium de off. hom. & ciu. Extant in *Analectis Iur. nat. & Gent.* Witt. 1722. 8.

Scripta Belli Pufendorfiani partem facientia ordine chronologico disposita

ANNO MDCLXXIII.

CHRISTIANI VIGILIS *Germani* ad Sincerum Wahrenbergium Suecum epistola seu dissertatio super polygamia simultanea &c. Germanopoli 1673. 4.

Auctorem huius scripti esse FRIDERICVM GESENIVM, qui ea in opinione fuit, sub

Wahrenbergii nomine Pufendorfium latere, eamque ob caufam acerbiffimam inter hunc & illum litem ortam effe, fupra in belli Lyferiani defcriptione monitum iam eft.

INDEX quarundam nouitatum, quas Samuel Pufendorfius in libro fuo de Iur. Nat. & Gent. prodidit. Lond. Scan. 1673. 4.

Vix opus vulgauerat fuum Pufendorfius, cum ex eo decerperet *Iof. Schwarzius*, quae orthodoxae theologiae contraria ipfi videbantur. Oblatus hic index fuit Pufendorfio, qui eundem, adiectis quibusdam ftricturis remifit. Venit idem index in Regiae Maieftatis confpectum, litteris imprimi prohibetur, ac aduerfarii Pufendorfii filere iubentur. Nulla tamen horum omnium ratione habita *Nicolaus Becmannus*, infcio forte Schwarzio, contra mandatum regium iftum indicem nouitatum publicari fecit, infelix fortunae fuae faber, indice fcilicet per carnificem combufto cum infamia relegatus. Accufatur vero in eo gentilifmi, Zwinglianismi, Socianismi, Hobbefianismi, & nefcio cuius alius haerefeos Pufendorfius. Compara LVDOVICI *Hift. iur. nat. &c.* p. m. 86. fqq.

ANNO

ANNO MDCLXXIV.

SAM. PVFENDORFII Apologia pro ſe & ſuo libro aduerſus autorem famoſi libelli, cui titulus: index nouitatum. Germanopoli 1674. 4.

Domini Sam. Pufendorfii iniquitas contra ius naturae, inque eius ſcrutinio infelicitas oſtenſa per CHRISTIANVM VIGILEM (*Geſenium*) Germanopoli. 1674. 4.

SAM. PVFENDORFII Epiſtola ad plurimum reuerendum atque celeberrimum virum, Dominum Ioh. Ad. Scherzerum, Theologum apud Lipſienſes Primarium, ſuper cenſura quapiam in librum ſuum inique lata. Harderv. 1674. 4.

VALENT. VELTHEMII diſſertatio moralis de quaeſtione: num actus dentur per ſe honeſti & turpes. Jen. 1674. 4.

ANNO MDCLXXV.

CHRIST. GOTTLOB. PITZSCHMANNI Diss. de eo quod homini de religione constat ex lumine naturae. Lips. 1703. 4.

Sententia auctoris haec est: homo ex lumine naturae deum esse cognoscit, quae cognitio circa numinis *existentiam*, *essentiam* & *attributa* versatur. Ex qua cognitione, Deum leges posse ferre, proxime sequitur. At voluit quoque Deus dare leges atque seruari. Velle Deum, & efficaciter velle, vt homini bene sit, constat; cum vero hominem lacessant cupiditates, quibus si indulgeat, in mala prorumpat varia, hoc ne fiat, opus erat lege, quae a pessimo incepto mortales reuocaret. Voluit ergo Deus etiam homini suam esse legem, secundum quam viuere possit, quia is, qui vult finem, velle quoque media debeat. Inprimis voluit Creator, vt homo vsu rationis pollens, de cultu diuino praeceptum obseruet, cuius est summa regula: Deum honora. Hono-

rem excipit amor, qui fidem habet ipsius mandatis. Amans Deum sperat in eum, adquiescit in eius voluntate, ac timet eum. Hic Dei cultus internus vocatur; externus itidem ex lumine naturae cognoscitur, & variis sese exserit modis.

SIGISM. FERD. PRAVN de beneficio emigrandi ob religionem. Altd. 1714. 4.

IMMAN. PROELEI Diss. de religione hominis & boni ciuis naturali, Benedicto Spinosae & Thomae Hobbesio opposita. Lips. 1703. 4.

En summam dissertationis: §. 1. Sine corporis sanitate & animi tranquillitate nemo felix est. §. 2. Corporis promouet sanitatem medicina, oeconomia, politica. §. 3. Tranquillitatem animi procurat sola religio. §. 5. Religionis naturalis & reuelatae descriptio. §. 7. Definitur quid sit religio naturalis, homo, bonus ciuis, tranquillitas animi, & status naturae, cum scholio, quando, leges esse salutares, cognoscatur. §. 8. Differentia demonstrationum ex theologia naturali & iure naturali. §. 9. Proponuntur propositiones I) quod nobilius praeferendum sit ignobiliori II. quod corporeis rebus facilius carere possimus quam spiri-

tualibus. Corollarium I) diuitiis & sanitate facilius carere possumus tranquillitate animi. Corollarium II. Eruditus praeferendus est diuiti & robusto. Coroll. III. honores praestant diuitiis. Propositio III. datur tranquillitas animi IV. haec praeferri debet sanitati atque diuitiis, V. Datur religio, errat Spinosa, negans religionem naturalem. VI. Religio est scientia diuina. VII. Infelix homo est sine religione. VIII. Atheismus est stultitia ingeniosa IX. & superstitio stultitia absurda, imo stultior atheismo. X. Atheus & superstitiosus vere peccant. XII. Deus existit XIII. est perfectissimus, independens, vnicus. XIV. Religio vera est vnica. XV. Deus est timendus, ipsi est obediendum, virtutes ab ipso praescriptae sunt exercendae. XVI. Deus est bonus, hinc amandus, honorandus, ipsi fidendum est, in ipso acquiescendum. XVII. Deus condidit omnia, inde mundus non est aeternus, Atheusque Deo subiectus est. XVIII. Dei prouidentia gubernat omnia, ergo fatum nullum datur. XIX. Deus potest percipi, inde datur in nobis Dei sensus. XX. Religio naturalis exigit cultum internum XXI. religioni naturali cultus externus non repugnat. XXII. Religio nunquam absurda aut perniciosa docet. XXIII. Religio naturalis hac

hac vita finitur, idcirco nemo religione naturali saluari potest. XXIV. Religio naturalis manuducit ad reuelatam, atque per rationem ad gratiam possumus prouehi XXV. Religio naturalis firmat leges ciuiles adeoque pactorum fides pendet ex ea. XXVI. Eadem religio conseruat societates ciuiles, XXVII. atheismus vero easdem dissoluit. XXVIII. Bonus ciuis Deo interno cultu placere studet, XXIX. & seruat propter naturalem religionem fidem, aequitatem & iustitiam, XXX. est obediens magistratui XXXI. nunquam turbat rempublicam. XXXII. sorte sua contentus viuit & fortunam aequabiliter fert. XXXIII. Religio naturalis est vtilis sed infirma, XXXV. obsistere quidem affectus potest, sed non subigere.

ALEX. PRVINVS de summarum potestatum auctoritate in sacra. Helmst. 1671. 4.

Bibl. iur. imper. pag. 164.

WILLIAM PRYNNE Sword of Christian Magistracy supported Lond. 1647. 4. & latine hoc titulo: fulcimentum gladii christianorum regum ad haereticos schismaticos puniendos. 1649. 8.

Ibid. p. 164.

SAM. PVFENDORFII Tractatus de habitu religionis christianae ad vitam civilem. Brem. 1687. 4.

Liber elegantissimus, quo Pufendorfius principium illud, ecclesiam esse rempublicam, explosit, saepius est recusus, atque ab IMM. WEBERO germanice versus Lips. 1692. 12. in gallicum idioma translatus quoque Francof. 1690. 12. in lucem exiit. Varias aurei huius opusculi editiones indicat BEYERVS in *Not.* auct. iurid. Spec. II. nr. XXXII. p. 119. sqq. vbi recensum quoque ipsius libri adcuratum exhibet. Editio Bremensis, cuius mentionem feci, omnium prima est, cui sunt adiectae animaduersiones ad quaedam loca e politica ADRIANI HOVTVYNI depromta. Iudicia de eo leguntur apud MASIVM in *Interesse circ. relig.* c. VI. §. 3. STOLLIVM in *Bibl. Stoll. p. 398.* Commentarium scripsit in eundem IO. PAVL. KRESSIVS, hoc ornatum titulo: *Liber commentarius ad Sam. Pufendorfii tractatum de habitu relig. ad statum. Ien. 1712. 8.* in quo, iudicante KAHLIO in Bibl. Struv. Philos. Tom. II. c. II. §. XXI. p. 243. not. (q), non iurisconsulti perspicacissimi solum, sed & theologi grauissimi pariter ac philosophi partes tuitus est. Titulum ac dedicationem sequitur praefatio,

quae

quà historiam habitus ecclesiae ad statum sistit eximia laude dignam Kreslius. Post praefationem conspicitur operis Pufendorfiani delineatio, quam ipsum opus excipit cum animaduersionibus in HOVTVYNVM. Finem facit Commentarius Kreslii, cui breuis accedit index. Libere philosophatus est Kreslius, ab ipso subinde Pufendorfio recedens. Adi den Neuen Büch. Saal der gel. W. Oefn. XVII. p. 347. sqq. & CHRIST. THOMASII *contentionem inter imp. & sacerd. p. 661. sq.* Causam propter quam Commentarium suum ab ipso Pufendorfii textu separauerit, indicauit ipse Kreslius in *praefatione §. 20.* Quod restat, monendum esse duco, haberi in PVFENDORFII *dissertt. acad.* dissertationem de concordia verae politicae cum religione christiana, eamque prima quasi stamina ipsius maioris tractatus Pufendorfiani continere.

AD. RECHENBERGII Disp. de religione armis defensa. Lips. 1689. 4.

Loquitur auctor de religionis armata defensione, non propagatione. Illa enim ex auctoris sententia omnibus legibus, maxime naturalibus conuenit. Licet namque naturali iure vim iniustam quouis modo auertere, vis autem iniusta sine dubio est, qua

alter contra conuentiones initas, religionem, quae cogi nescit, obtrudere alterius subditis & quidem inuitis, cum periculo conscientiae ac aeternae salutis molitur. Certe, qui non obsistit tali iniuriae, cum possit, in pari cum eo, qui vim facit, reatu est.

IVL. CHRIST. REICHEL an ob religionem bellum geri possit? Lips. 1693. 4.

FRANC. VLR. RIES de religione naturali eiusque attributis. Marb. 1728. 4.

CHRIST. ROEHRENSEE Diss. de cura religionis. Witt. 1693. 4.

EIVSD. Diss. de iure Zeli circa religionem. Ibid. 1703. 4.

PAVL. IAC. SCHARMOVIUS de religione naturali. Witt. 1686.

GLAFEY *Bibl. iur. nat. & gent. p. 397.*

IO. ANT. SCHMIDTII Diss. de efficacia religionis in promouenda socialitate. Lips. 1700. 4.

IO. FRIDEM. SCHNEIDER de brutorum religione. Hal. 1702. 4.

GVIL. CHRIST. SCHROETERI Diss. de institutione & reformatione religionis. Giess. 1672. 4.

Prae-

Praestructis definitionibus aliisque principiis generalibus, auctor personas, quae instituere ac reformare religionem possint, ac debeant, repraesentat, deinde obiectum ipsum seu religionem, per quam verum Dei cultum intelligit, pertractat, postremo formam ac modum, quo religionem instituere ac reformare conuenit proponit. Quamuis auctor pro seculi sui genio turpe sibi esse credidit, quidquam eorum, quae de hac materia legit, silentio premere, ipsa tamen dissertatio vtilitate non destituitur, complexa quippe varias ex iure publico tam vniversali, quam germanico, ac scriptoribus istius temporis optimis obseruationes haud aspernabiles.

D. V. S. de summa potestate maiestatis circa sacra. Ziricsee 1666. 12.

Conf. *Bibl. iur. imper. p. 161.*

IO. HENR. A SEELEN de obligatione philosophi ad religionem. Lips. 1730. 4.

Joh. Christ. Seitzens Vorstellung vom Recht und Macht weltlicher und Christlicher Obrigkeit in Religion- und Kirchen-Dingen. Hamb. 1712. 8.

Thomas Siegfried von der neulich erregten Frage: ob man der hohen Obrig-

brigkeit in Religions-Sachen gehorchen solle oder nicht. 1690. 4.

GABR. SIOEBERG Diss. de iure principis circa sacra. Pernav. 1699. 4.

IO. PHIL. SLEVOGTII Oratio in qua fundamenta doctrinae de cura principis circa religionem ponuntur. Ien. 1699. 4.

EIVSDEM Diss. de securitate religionis. Jen. 1722. 4.

Probata religionis necessitate ac vtilitate, inculcatur quoque securitas eiusdem, quae consistit in *conditione cultus diuini, secundum quam hic in ciuitate vel ditione quadam, tuto exercetur, & ab imperante defenditur,* & a maiestate, in imperio romano a statibus immediatis praestatur. Diuiditur deinde securitas in *publicam* & *priuatam*, atque haec in *domesticam* & *in specie priuatam*. Securitas religionis priuata nunc *sponte* praestatur, nunc *ex obligatione iuris*, vel naturalis, vel gentium, vel ciuilis, qualis est illa, quam Imperator statuum protestantium legatis tribuere tenetur. Religionem domesticam exercet vel solus, vel cum familia tantum, vel cum exteris. Illa est vel cum publica conformis, vel alia. Quid igitur in singulis hisce religionis domesticae specie-

ſpeciebus tuendis ac defendendis, iuſtum ſit, expendit auctor. Ad ſecuritatem religionis publicae publicam, eamque tam externam quam internam, quod ſpectat, praeſtatio eiusdem ad quam imperantes, ſigillatim in imperio germanico Imperator, & ſtatus immediati obligantur, vel ex officio vel ex ſponſione ſeu promiſſione deriuatur, omniaque & legibus imperii fundamentalibus & iuris naturae praeceptis firmantur, illuſtranturque.

IAC. STAALKOPFF de fundamento venerationis Dei religioſae aduerſus Hobbeſium. Witt. 1706. 4.

AVGVSTINVS STRAVCHIVS de religione & circa eam ſummi magiſtratus iure & auctoritate. Witt. 1652. 4.

BVRC. GOTTH. STRVVII Diſſ. de iure eccleſiae circa religionem. Jen. 1724. 4.

OTTO TABOR de regimine imperantium eccleſiaſtico 1654. & 1656. 4.

IOANNES TARNOVIVS de quaeſtione theologico-polemica: an exercitium religionis contra ſuperiorem illud vi impedientem, armis defendi iure poſſit? 4.

EIVSD. oratio de quaeſtione: an in republica chriſtiana a magiſtratu politico

ſalua

ſalua conſcientia plures quam vna tolerari queant religiones?

Conſule *Biblioth. iur. imper. p. 174.*

IO. THOMAE de iuribus maieſtatis circa religionem in genere & in ſpecie de epiſcopalibus & patronatus. Helmſt. 1693. 4.

Tractatus de differentia regiae poteſtatis & eccleſiaſticae. Lond. 1634. 4.

GOTTL. SAM. TREVERI Progr. de obligatione hominis ad religionem. Gott. 1737. 4.

NIC. VEDELII Diſſ. de epiſcopatu *Conſtantini M.* ſeu de poteſtate magiſtratuum reformatorum circa res eccleſiaſticas. Dauentriae 1638. Franecq. 1642. 8. & Delphis 1661. 12.

Controuerſias hac Vedelii diſſertatione concitatas, quibus IACOBVS TRIGLANDIVS, IAC. REVIVS, GVIL. APPOLONIVS & LARENVS impliciti fuerunt, a ſcopo noſtro maxima ex parte alienas, melius ex *Bibl. iur. imp. p. 160.* diſcas.

GER. IO. VOSSII diſſertatio epiſtolica de iure magiſtratus in rebus eccleſiaſticis. Amſt. 1669. 4.

IO.

IO. VPMARCK de habitudine religionis ad societates. Vpſ. 1708. 4.

IO. UYTENBOGAERT de auctoritate magiſtratus in rebus eccleſiaſticis. Roterod. 1647. 4. Verſio eſt libelli belgico idiomate conſcripti. Conf. *Bibl. iur. imp. pag. 161.*

MICH. WENDELERI diſſ. de magiſtratus officio circa religionem. Witt. 1658. 4.

EIVSD. diſſ. de iure magiſtratus circa ſacra. Ibid. 1676. 4.

IO. BALTH. WERNHERI diſſ. de religione hominis ſecundum legem naturae. Lipſ. 1698. 4.

GOTTL. WERNSDORFFIVS de poteſtate principis circa ſymbola ciuium in religione ab ipſo diſſentientium. Witt. 1711. 4.

IO. DAV. WVNDERERI Conſultatio, an religio armis propugnanda? 1620. & germanice Francof. 1619. 4. Vid. *Bibl. iur. imp. p. 174.*

RENVNCIATIO.

PETRI SCHWEMMERI Diſſ. de illicita iuris renunciatione. Jen. 1712. 4.

Agi-

Agitur in hoc ſcripto de renunciationibus iure naturae, diuino reuelato, ac ciuili illicitis. Iure igitur naturali non licet defenſioni vitae ſuae, ne quidem ad liberationem a turpi facto obtinendam, vel ad coeleſtia gaudia conſequenda, vel ſi quis videat in probrum Dei vitam ſe acturum eſſe, nec vt a morbo, paupertate vel alio malo liberetur, nec ad iuſſum iudicis renunciare. Non tamen peccat contra ius naturae Nauarcha ad hoſtes euitandos nauem accendens, & praefectus caſtelli ad ſuperioris mandatum Caſtello puluerem nitratum ſubiiciens. Permiſſum porro non eſt integritati corporis renunciare, ac in propria ſaeuire membra: parentes renunciare prohibentur iuri, quo ad liberos alendos obſtringuntur; nec liberi obligationi parentibus ſubueniendi egenis nuncium poſſunt mittere; pari de cauſa nec libertati, nec iuri ſanguinis, nec denique matrimonio renunciare quis poteſt. Caetera diſputationis capita quippe ad ius ciuile pertinentia, hic omittuntur. Conſule *Noua lit. Maris Balth. anni 1714 p. 210. ſq.*

Magnus quidem adeſt ſcriptorum de renunciationibus numerus, quae tamen hanc materiam ſecundum leges poſitiuas proponunt, adeoque hic non commemoranda.

randa. Dictum hoc illis volo, qui mirantur forte, tam fecundo iuris naturalis titulo, me vnicum saltem subiecisse scriptum.

REPRESSALIAE
vid.
Retorsio, Talio.

DOMINICI ARVMAEI Diss. de repressaliis extat in auctoris *Discursibus acad. de iure publ.* Vol. II. p. 201–233.

BARTOLI DE SAXOFERRATO Tractatus de repressaliis, accessit ad EIVSD. *Comment. in Instit. & Authent.* Basil. 1589. fol.

THEOPH. BERGMANN de repressaliis Erf. 1650. IENICH. *Bibl. iur. Lip. p. 514.*

IO. IAC. A CANIBVS de repressaliis. Lugd. 1593. & in Tract. Tract. XII.

ANDR. DALNERI Epitome de repressaliis. Francof. 1608. 4.

GERH. FELTMANNI Diss. de repressaliis. Groningae 1669. 4.

IO. FETZERI diss. de iure repressaliarum. Altd. 1657. 4.

MARTINVS GERRATVS *Laudensis* de repressaliis Lugd. 1593. & in *Tract. Tract.* XII. & in *Selectis tractatibus iuris varii in materia assecurationis & cautionis* Venet. 1571. & Colon. 1569. fol.

HENR. HAHNII diss. de repressaliis. Helmst. 1656. 4. & in AHASV. FRITSCHII Exercitt. var. iur. publ. P. II. p. 566–666.

LVD. MART. KAHLII theses iuris naturae & gentium de repressaliis Gotting. 1740. 4.

EIVSD. Commentatio iuris publici de iustis repressaliarum limitibus, tum a gentibus tum a statibus S. I. R. G. obseruandis, ex ipsis legibus, actis publicis & diplomatibus eruta. Ibid. 1746. 4.

In thesibus illis auctor inprimis de iusta repressaliarum notione sollicitus fuit, *quas definit bellum minus solenne, quo summum tenens imperium, ob iuris quod praestare debet ciuilis aliqua societas, aut eius caput, neglectum, huius personas aut res interim detinet, donec ciuitas id faciat, ad quod obligatur.* Ex thesibus deinde nata est Commentatio, qua primum, quid ius naturae circa repressalias permittat, quid vetet, dis-

qui-

quiritur, deinde iura ſtatuum imperii hac in cauſa proponuntur, interſperſis obſeruationibus iuris romani, canonici atque germanici ſelectiſſimis, additis quoque iure de repreſſaliarum limitibus gentium europaearum voluntario, atque documentis dicta illuſtrantibus. Opus omnino egregium, & in hac materia facile princeps, optimoque iure laudibus exornatum in *actis Erudit. Lipſ. anni 1746. p. 647.*

GEO. LORICHII Enchiridion arreſtorum & repreſſaliarum, quae a quouis magiſtratu in grauioribus iniuriarum & damnorum, iuſtitiaeque denegationis caſibus tam contra exteros, quam indigenas impetrari & concedi poſſunt. Baſ. 1589. 8.

NIC. CHRPH. LYNCKERI Diſſ. de iure repreſſaliarum iurisque gentium & ciuilis qua illud conuenientia & diſconvenientia. Ien. 1691. 4.

Stabilita nominis ratione, qua poteſtate, quo fine, aduerſus quos & quomodo repreſſaliae obtineant docetur, easque intra fines tertii, bello non impliciti non adhiberi monſtratur. Sequitur digreſſio vtiliſſima de iure gentium voluntario a iure ciuili & naturali diuerſo. Vindicantur deinde repreſſa-

pressaliae ad innoxios, nec tamen ad vitam porrectae, ab obtrectationibus eorum, qui eas iuri gentium repugnare contendunt. Postremo differentiae iuris gentium & ciuilis romani in repressaliis enucleantur.

IO. GVIL. MARCHDRENCKHERI Diss. de repressaliis. Altd. 1686. 4.

Continet haec dissertatio repressaliarum definitionem, diuisionem, originem, iustitiam ad normam iuris diuini, naturae, ciuilis, publici atque canonici examinatam, concedendarum potestatem, formam, finem, processum, executionem, poenam denique, ac eos nominat, contra quos dandi repressalias ius est.

NIC. MARTINI Diss. de repressaliis. Kil. 1682. 4.

IO. HENR. MEIERI Diss. de iure repressaliarum. Erf. 1699. 4.

IO. MOLLERI Diss. de iure repressaliarum. Erf. 1646. 4.

IO. IAC. MVLLERVS de iure repressaliarum. Jen. 1691. 8.

FRID. NITSCHII diss. de repressaliis. Lips. 1668. 4.

MARC.

MARC. OTTONIS diſſ. de repreſſaliis. Argent. 1629. 4.

IAC. ARN. DE PERPONCHER Diſſ. de iuſtitia repreſſaliarum. Vltraj. 1745. 4.

GOTTFR. DE PESCHWITZ de repreſſaliis. Leouardiae 1658. 12.

De ſcriptis auctoris conſule Noua lit. Mar. Balth. 1698. p. 128.

IO. GEO. SPOELIN de repreſſaliis earumque iure. Argent. 1673. 4.

IO. CHRPH. WAGENSEILII Diſſ. de repreſſaliis. Altd. 1671. 4.

IO. BALTH. WERNHERI diſſ. de iure repreſſaliarum inter principes imperij. Witt. 1714. 4.

STATII HARBORTI VON WINDTHEIM Diſſ. de repreſſaliis. Jen. 1659. IENICH. in *Supplem. ad Bibl. iur. Lip. pag. 358.*

CASP. ZIEGLERI diſſ. de iure repreſſaliarum. Witt. 1666. 4.

REPVDIVM

vid.

Diuortium, matrimonium, Sponſalia.

IO. BALTH. WERNHER de repudiorum cauſis praeſertim dubiis ſecundum ius naturae. Lipſ. 1693. 4.

RES.

HENR. COCCEII diss. de rebus merae facultatis. Heidelb. 1675. 4.

IOH. GOTTL. HARDTII diss. de officio hominis circa res humana sorte non comprehensas. Lips. 1698. 4.

Officium circa res humana sorte non comprehensas est *obligatio hominis, vt rectae rationi conuenienter rebus istis ad necessitatem, oblectationem, seruitutem, & quaeuis alia commoda sic vtatur, quo Dei gloria & celebratio, nostra emendatio, tranquillitatisque cum aliis conseruatio vbique effulgeat ac resplendescat.* Obiectum huius obligationis personale sunt 1) *angeli.* Circa hos officia nostra *commissiua in theoria* potiora habentur: admirari sapientiam atque potentiam aeterni numinis, *in praxi* vero, venerari bonitatem & clementiam patris coelestis, celebrareque ipsum, quod tanto praesidio in omnibus viis nostris, in vita & morte, contra ipsos etiam malignos spiritus nos communire fuerit dignatus; *omissiua* inter *officia* circa angelos *in theoria* eminet hoc; ne curiosius scrutemur circa spiritus illa, quorum vestigia in verbo Dei nulla, in paganorum scriptis lubrica, in quorumque magicis diabolica. *In praxi* officiis omissiuis accen-

accenſentur. 1) vt caueatur cultus angelorum adorationis, inuocationis atque ſubiectionis. 2) cauenda ſuperſtitio, hominem angelos bonos & malos imperio ſuo poſſe ſubiicere 3) vitanda magia ſuperſtitione nixa. Obiecta huius obligationis circa coelum conſtituuntur ſtellae & elementorum ſphaerae. *Praeſtationum* circa has *commiſſiuarum* praecipuae ſunt *in praxi* partim, partim *in theoria*: intueri, admirari, opificis illorum luminum maieſtatem agnoſcere, ſapientiam admirari &c. Inter *praeſtationes omiſſiuas* vel *in theoria* vel *praxi* collocantur, ne adductis corporibus, aut ipſi ex iſtis *diuinitatem*, *animam*, *infinitatem* vindicemus. Circa vicinas elementorum partes officia ſunt: non affectare monarchiam vniuerſalem terra vel mari &c. Circa meteora & mineralia, abuſus & ſuperſtitio fugienda. Circa animalia bruta homini licet, eadem captare dominio particulari nondum vindicata, manſuefacere, varia diſciplina exercere, caſtrare, exanimare &c. Decet vero hominem, ſcrutari naturam animalium, mirari ſapientiam conditoris, agnoſcere eius erga nos prouidentiam &c. Dedecet vero hominem circa animalia, aruſpicia, auſpicium, incantationem, conſuetudinem cum beſtiis, earum cultum religioſum & ciuilem exercere &c.

Theologiae reuelatae, naturalis, iuris naturae, honestique fines turpiter confudisse, & quadrata rotundis miscuisse auctorem, quis non videt?

RESPVBLICA.

VAL. ALBERTI diss. quod reipublicae in casu necessitatis liceat? Lips. 1669. 4.

IDEM de immortalitate reipublicae. Ibid. 1675. 4.

PAVL. ANTONIVS de republica mixta. Lips. 1684. 4.

IO. VOLCKM. BECHMANNVS de republica. Ien. 1654. 4.

CHRIST. BESOLDI dissertationes, quas de republica curanda, mixto reipublicae, atque, atque subalterno statu, reipublicae formis earumque inter se comparatione, de arcanis reipublicae habuit, inueniuntur in EIVSD. opere politico. Argent. 1641. 4.

IO. BODINI de republica libri VI. gallice conscripti Paris. 1577. f. 1593. f. latine Paris. 1591. Francof. 1594. Vrsell. 1601. f.

In Bibliotheca Struuii philosophica *Tom. II. c. II. §. XIV. p. 204.* iudicatur Bodinum esse

esse scriptorem elegantem, sed blasphemum, nec vbique recte de Deo sentientem, comprobantem, caeterum, sua ex historiis, sed in iis saepe nimium esse prolixum. Cui censurae KAHLIVS in nota (t) addit, Bodini opus a pluribus ad stupenda & sapientiae & eruditionis monimenta referri, eundem in eo potissimum esse, vt à Platonis atque Aristotelis causa descifcat, ista quidem lege, vt saepe sine necessitate antiquissimi isti de republica scriptores sint repudiati; iustitiam a prudentia probe seiunxisse, abhorruisse tamen a veritate, dum ex iisdem principiis duplex, seu diuersum actionum genus diiudicare adlaborauerit; denique non suam semper, sed aliorum saepissime mentem exposuisse. De aduersariis Bodini ac defensoribus praeter laudatam Struuii Bibliothecam consuli meretur POLYC. LYSERVS in *Selectis de vita & scriptis Bodini. Witt. 1716. 8.* editis. *Breuiarium librorum Bodini* dedit. 10. ANGELVS WERDENHAGEN Amst. 1614. 1647. Marb. 1638. 12.

OTT. BOETTICHER de formis rerumpublicarum summique imperii affectionibus. Giss. 1613. 4.

IAC. BORNITIVS de rerum sufficientia in republica & ciuitate procuranda. Francof. 1625. 4.

GVIL. HIER. BRüCKNERVS de reipublicae redemtione. Jen. 1703 4.

HERM. CONRINGII Dissertationes Helmstadienses, de republica in communi 1653. de politica seu republica in specie sic dicta 1680. de mutationibus rerumpublicarum 1635. de optima republica 1653. de morbis ex mutationibus rerumpublicarum 1640. omnes inveniuntur in *Operum Conringii Tomo III.*

ADAMI CONZENI Politicorum libri decem. Colon. 1628. f.

Facit in rem nostram liber, cum auctor Iurisconsultum potius, quam politicum agat, Vid. *Biblioth. Struu. philos. Tom. II. C. II. §. XIV. p. 207.* & quae ibi laudantur, THOMASII *orationes academ. p. 437. & 448.*

CHRIST. DONATVS de mediis rempublicam constituentibus. Witt. 1670. 4.

IO. PAVL. FELWINGER de genuina rerum publicarum origine. Altd. 1663. 4.

CHRIST. FRID. FRANCKENSTEIN de republica populari. Lipf. 1655. 4.

IO. AD. GREGOROVII dispp. VII. de habitu iuris naturae & gentium ad rem-

publi-

publicam. Regiom. 1717. & insequentibus annis. 4.

Vid. huius Biblioth. P. I. p. 353.

IO. HACKEMANNI Diss. de variis rerumpublicarum formis, & quaenam sit omnium optima & praestantissima. Rint. 1663. 4.

IO. FRID. HORNIVS de republica mista. Witt. 1661. 4.

HENR. ERN. KESTNER de statu & firmamento rerumpublicarum. Rint. 1704. 4.

HENR. KOEHLERI diss. de iure diuersarum reipublicae formarum. Ien. 1733.

Habetur etiam in EIVSD. *Speciminibus VII. iuris socialis & gentium ad ius naturale reuocati*. Francof. 1738. 8. Spec. VI. p. 217-258.

FRID. ALEX. KüNHOLDVS de statu naturali rerumpublicarum. Lips. 1723. 4.

CHRISTOPH. LEMMII diss. de certamine inter formas reipublicae. Witt. 1707. 4.

Descriptis tribus reipublicae formis, ostensisque singularum virtutibus, naeuis atque incommodis, primas Monarchiae partes tribuit auctor. Sistuntur deinde variae eru-

eruditorum in hoc argumento ſententiae, eaeque auctoris opinioni contrariae refutantur.

NIC. MACHIAVELLI *Diſcorſi ſopra la prima deca di Tito Livio*, qui latine ſub titulo *diſputationum de republica* ſaepius recuſi ſunt.

De his, quantum ſatis, actum in antecedentibus, p. 52.

IOACH. MEIERI *Lycurgus* orbem in ordinem redigens, ſeu, de optimo reipublicae ſtatu liber vnus. Lipſ. & Gotting. 1697. 8.

LVDOLPH. PAVL. MüLLERI Politiſche Abhandlung von denen Erhaltern des öffentlichen Staats. Helmſt. 1726. 4.

PHIL. MüLLERERI Diſcurſus de mixtione rerumpublicarum. Jen. 1663. 4.

PHIL. ANDR. OLDENBVRGERI Tract. de rebuspublicis turbidis ſedandis. Genev. 1672. Col. 1677. 12.

Edidit quoque Oldenburgerus *Theſaurum rerumpublicarum* Geneu. 1675. 8. CONRINGIVS ſuis in praelectionibus, de rebuspublicis propoſuerat multa egregia, quibus, vt

verbis

verbis IENICHII *in Bibl. iur. Lip. p 521.* vtar, tanquam purpurae lacinias aliquas assuit Oldenburgerus, & viuo edidit Conringio, qui eodem, quo thesaurus hic prodiit anno, singulari admonitione auctorem castigauit conspicua in CONRINGII *operibus* Tom. IV. p. 48.

IO. VLR. PREGIZERI diss. de mutationibus rerumpublicarum. Tub. 1676. 4.

SAM. PVFENDORFII diss. de republica irregulari anno 1669. prodiit, in auctoris academicas deinde recepta dissertationes.

IO. MAX. RAVMBVRGERI disp. de iure reipublicae in negotiis humanis. Giss. 1706. 4.

Ius reipublicae in negotiis humanis vocat auctor *facultatem moralem reipublicae in personas, negotiaue priuatorum competentem, vi cuius summus imperans de illis varie disponere, anque valere debeant, nec ne, pro vtilitate ciuitatis suae speciali statuere potest.* Exserit se vel *plane prohibendo*, ne scilicet actus, cui aduersatur ius reipublicae, ab initio fiat, alias ipso iure nullus censendus, vel *praecipiendo*, vt actus, quem vtilitas reipublicae vrget, fiat, etiam ab inuito, vel deni-

denique *rescindendo* actum alias in se validum, propter solam reipublicae vtilitatem. Quod reipublicae ius, postquam adeo firmo stare talo probauit auctor, vt in conscientia peccent, qui id proprii aliorumve commodi priuati causa, negligunt. Agitur postea prolixe de huius iuris habitu ad statum hominum, seruitutis moderationem, ciues & peregrinos atque Iudaeos, ad nuptias, porro, prohibitionem graduum, dispensationem, legitimationem, adoptionem, patriam potestatem, ac tutelam. Pari modo disquiritur, quid summum possit imperium circa rerum iura, veluti, dominium, seruitutem, hereditatem, pignus, possessionem, conuentiones ac delicta. Postremo loco summi imperii legitima potestas in determinandis iudicialibus negotiis ostenditur. Pro fundamento huius iuris cognoscendi posuit auctor *salutem reipublicae*, Hertii praeterea secutus principia.

AD. RECHENBERG de notitia status reipublicae. Lips. 1698. 4.

IO. CHR. TENZELII diss. de interesse reipublicae seu vtilitate publica. Altd. 1673. 4.

PETRI GREGORII THOLOSANI de republica libri XXVI. Francof. 1597. 4.

Multa

Multa immiſcuit Tholoſanus quae potius ad ſcientiam iuris, quam politicam ſpectant, ab argumentorum caeterum adparatu, atque ſententiis doctorum, quorum allegata apud eum ſunt frequentia, commendabilis, acrem quoque & conuiciis refertam cenſuram Ariſtoteli perſaepe opponens. *Struv. Bibl. philoſ. ex Kahlii editione. Tom. II. p. 206.*

GOTTL. SAM. TREVER de auctoritate & fide gentium & rerumpublicarum. Helmſt. 1723. 4.

IOACH. WIDEMANNVS de adminiſtranda republica. Argent. 1565. 8.

Reliqui de republica ſcriptores, quorum magnus eſt numerus, a me hic omittuntur, quod vel mera tradunt politica, vel ex iis parum aut nihil vtilitatis in veritatis redundat ſtudioſos.

RESIDENS, RESIDENTIA.

vid.

Legatus.

IO. CHRPH. DORNII diſſ. de eo quod iuſtum eſt circa legationes aſſiduas. Jenae 1716. 4.

PETR. MüLLERI diſſ. de Reſidentibus. Jen. 1690. 4.

GEORG.

GEORG. AD. STRUVII diss. de iuribus palatii principalis von grosser Herren Residenz-Häusern. Jen. 1689. 4.

IO. SAM. STRYCKII diss. de sanctitate Residentiarum. Hal. 1697. 4. recusa ibidem. 1739. 4.

Primo in *capite* de sanctitate Residentiarum in genere, ita egit STRYKIVS, vt primum varias sanctitatis euoluat significationes, deinde ipsam Residentiae notionem figat, *Palatium* nempe *a principe vel alio superioritatem territorialem habente, habitationis, vel perpetuae vel temporariae, causa exstructum, & priuatorum vsui omnino exemtum*; postremum vero ostendat, quis iure constituendi Residentiam gaudeat. Multa occurrunt hic egregia, veluti quaestiones: *Palatium an idem importet quod Residentia? a Curiis quomodo residentiae differant? Aula & Residentia principis, an vnum idemque?* Neque est praetereundum, auctorem a principiis generalibus descendisse quoque ad iura constituendi Residentias Imperatoris & Regis romanorum, statuumque imperii. In *capite secundo*, quod de fundamento sanctitatis Residentiarum agit, sanctitatem ac inuiolabilitatem personae principis ex iure naturali, diuino positiuo, exemplis gentium, testimoniisque

niisque patrum probare ſtudet auctor, ex qua deinde etiam miniſtrorum, legatorum, & magiſtratuum ſanctitatem deriuat. Eandem principis inuiolabilitatem cum rebus quoque communicari, exemplis ornamentorum regis, purpurae, cerae rubrae, ac ipſarum Reſidentiarum comprobat, quarum tamen ſanctitatis gradus dari contendit, vt ſcilicet ſanctius conclaue ſit, in quo princeps commoratur, quam loca, a principis perſona remotiora, ſanctior ſit reſidentia, quam eius atrium &c. Qua occaſione variae deciduntur quaeſtiones & vtilitate ſua & praeſtantia commendabiles, v. gr. *quid iuris, ſi princeps plures habeat reſidentias? an ſancta ſit reſidentia, in qua princeps non commoratur? Num Palatia principum amoenitatis & oblectationis gratia exſtructa, reſidentiarum ſanctitatisque iure fruantur? an praeſentia principis omnia loca reddat ſancta? Quid ſi princeps habitu ſimulato in loco priuato appareat? Aedificia luſui deſtinata, Redouten an ſancta dici queant?* In *tertio capite* praecipui, quibus violatur ſanctitas reſidentiarum, indicantur modi. Dico, praecipui; omnes enim enumerari nequeunt. Vt igitur eos cognoſcendi ne principium deſit, ſtruit auctor regulam hanc: *omnibus illis modis, quibus laeditur ſecuritas,*

priuatis, in ſuis aedibus, debita, iisdem quoque modis violatur ſanctitas Reſidentiarum. Cum vero tanto ſublimiora principum iura prae ciuium aedibus competant, quanto illuſtrius eminet ipſius principis perſona prae ſubditorum coetibus, dubitat auctor, an haec regula ſit adaequata. Quare eam caute accipiendam, ac non niſi affirmatiuam eſſe veram, ſtatuit, quod, ſi negatiue concipiatur, ſaepe fallat. *Quartum caput* poenas violatae ſanctitatis reſidentiarum ſiſtit.

RETORSIO
vid.
Iniuria, Repreſſaliae, Talio.

IO. GODOFR. BAVERI Meditationes de vero fundamento, quo inter ciuitates nititur retorſio iuris. Lipſ. 1740. 4.

Retorſio auctori eſt *reciproca iurium & commodorum denegatio a ciuitate facta alteri ciuitati, quae, ob leges ſuas a legibus illius diuerſas, illique moleſtas, eadem illi eiusque ciuibus denegat*, ac in *retorſionem iuris iniqui & moleſti* & *in iuris moleſti tantum* diuiditur. Vulgo fundamentum eius in edicto praetoris quaeritur, ſed falſo, cum retorquetur ius moleſtum quod iniquum non eſt. Deinde retorſio non, vt

edictum

edictum praetoris, iniuriae vindictam inuoluit, nisi ius nouum contra pactum sit statutum, quod ea vindicat. Verum tamen ne sic retorsio ex edicto erit repetenda, vel ei respondebit; vnde simul apparet, quam parum adcurate retorsio definiatur per vindictam, seu publicam, seu priuatam, siquidem retorsio non iuris priuati sed publici est. Rectius igitur deducitur retorsio ex iure belli, *ea*, quae *ius iniquum* vindicat, modo ciuitas retorquens iure bellum gerendi offensiuum gaudeat. Quamobrem retorsio Statibus imperii R. G. competens ex belli iure minus commode deriuatur, ex potestate legislatoria eorum potius oriunda: vbi perinde est, vtrum potestatem ferendi leges contra ius commune eis concedas an deneges. E contrario illa retorsio, qua *ius* saltem *vindicatur molestum*, legislatoriam potestatem vnicum agnoscit fontem. In quauis republica summa potestas pro arbitrio vtilitatis publicae causa dat leges, quas ciues & peregrini summo iure reuerentur. Proinde ius albinagii in Gallia non magis iniquum esse videtur, quam aliae eiusmodi consuetudines, quae peregrinorum conditionem reddunt difficiliorem. Quo autem iure quaeuis ciuitas tam suis quam peregrinis ciuibus, leges dat in suo territorio, eo-

dem iure alienae ciuitatis leges sibi molestas retorquet. Neque videtur esse distinguendum, an ius, quod retorquetur, tam in propriis alterius ciuitatis subditos, quam peregrinos statutum, an saltem peregrinos grauet. Alia tamen quaestio est, an regulis prudentiae conueniat, talionem aduersus ciuitatem alienam, quae propriis ciuibus non aliud, quam nostris, ius tribuit, statuere. Quum enim, quod molestum vel vtile ciuitati euadit, a casu fortuito pendeat, & quod alio casu nocet, alio vero prodest, per se non videatur graue, non temere ad retorsionis legem procedendum est. Quae omnia rationi non conuenire docent, vt retorsionis exercitium a priuatorum arbitrio pendeat. Summam dissertationis habes, ipsius auctoris, quoad fieri potuit, verbis expressam.

ADR. BEIERI Diss. de retorsionibus. Jen. 1697. 4.

HENR. COSELII Disp. de retorsione. Witt. 1649. 4.

Agitur in hac dissertatiuncula de iniuriae verbalis retorsione, cuius fines ex iure romano, canonico, atque doctorum sententiis reguntur.

ERN.

ERN. CREGELIVS de iuris retorsione. Altd. 1657. 4.

DAN. FRID. HOHEISEL de retorsione iurium statutariorum variantium nec aequa nec prudente. Hal. 1725. 4.

MICH. FRID. LEDERERVS de ἀντιλοιδορίας iniustitia. Witt. 1672. 4.

AVG. LEYSERI diss. de retorsione iurium. Helmst. 1714. 4. & in *Meditt. ad Pand. Spec. XXX. Vol. I. p. 301-312.*

Cum ratio tituli Digestorum: *Quod quisque iuris in alterum statuerit, vt ipse eodem iure vtatur*, sit regula aequitatis, *vt nempe quod ipse quis in alterius persona aequum esse credidisset, in ipsius quoque persona valere patiatur*, recte, putat LEYSERVS facere Ictos, quod ex hoc ipso fundamento alios quoque similes casus decidant, atque adeo vsum huius tituli latius aliquantulum ex aequitate naturali ad iura etiam per se non iniqua & priuilegia extendant. Ex quibus porro concludit, eum, qui remedio aliquo iuris perperam vsus est, pati debere, vt aduersarius eodem remedio contra se vtatur; aequissimum inde etiam esse, vt Ictus sententiam, quam publice tuetur, casu ita

 ferente,

ferente, contra se admittere cogatur. Delatus deinde Leyserus ad Repressalias, a castris eorum, qui eas iuri & aequitati naturali repugnare credunt, ad eos transit, qui iustitiam earum propugnant, argumento vsus a maiori ad minus desumto, cum scilicet principi liceat, iniurias sibi ciuibusque suis illatas bello vindicare, & aduersae reipublicae ciues non solum bonis, sed vita quoque spoliare, multo magis ei licere, mitiore longe repressaliarum remedio vti, atque detentis priuatorum bonis vel personis alium principem compellere, vt sibi suisque ciuibus ius reddat.

GEO. RADOVII Diss. de retorsione. Rost. 1668. 4.

CAR. OTT. RECHENBERGII Vindiciae iurium reipublicae & fisci in doctrina retorsionis. Lips. 1726. 4.

GEO. SCHVLTZII Diss. de retorsionibus iniuriarum verbalium iure diuino, romano & Borussico prohibitis. Regiom. 1737. 4.

IO. PHIL. SLEVOGTII Epistola de retorsione iniuriarum. Jen. 1675. & 1678. 4.

EIVSD.

EIVSD. Diff. de retorſione in moratorio non competente. Ibid. 1717. 4.

Praemiſſa retorſionis definitione nominali & reali, in moralitatem eius inquirit auctor, ac iuri naturae, diuino reuelato, canonico atque ciuili retorſionem conuenire oſtendit, rationes adnectens, ob quas in moratorio locum non inuenire putat, ex iure inprimis romano, ac receſſibus imperii petitas.

GEO. AD. STRUVII Tractatio de vindicta priuata, cumprimis vero de ea, quae fit retorſione tum iniuriae verbis illatae, tum iuris iniqui. Editio tertia, variis caſibus ac reſponſis ex manuſcriptis B. Parentis aucta, nouoque indice locupletata, per FRID. GOTTL. STRVVIVM. Jen. & Helmſt. 1707. 4.

Decem & quinque capitibus abſoluitur opus, quorum *primum* de vindicta in genere, *ſecundum* de vindicta priuata regulariter illicita, & certis caſibus licita in genere, *tertium* de vindicta priuata licita ex cauſa neceſſitatis pro defenſione ſalutis publicae, *quartum* de defenſione vitae & corporis, *quintum* de defenſione pudicitiae, *ſextum* de defenſione rerum corporalium, *ſeptimum*

de iure patris occidendi adulterum cum filia, *octauum* de iure mariti occidendi adulterum vilem, *nonum* de iure domini castigandi seruum, *decimum* de retorsione iniuriarum, *vndecimum* de retorsione iuris iniqui, *duodecimum* de repressaliis, *decimum tertium* de pigneratione, *decimum quartum* de vindicta priuata concessa vi conuentionis, *decimum* denique *quintum* de vindicta priuata concessa in vltima voluntate, iuris naturae placita tradunt, & eorum ad leges positiuas habitum in germania declarant.

IO. CHRPH. WEINLANDI Diss. de retorsione iuris, inuenitur in *otio* EIVSD. *academico hyemali*, Hal. 1726. 8. edito. *p. 3. sqq.*

SAM. FRID. WILLENBERGII Diss. de retorsione iuris. Ged. 1736. 4.

REVERENTIA.

ADR. BEIERI diss. de reuerentia ratione societatum simplicium spectata. Jen. 1664. 4.

IO. GEO. FüCHSELII Diss. de reuerentiae erga personas alias officio. Jen. 1714. 4.

Caput

Caput *primum* de officii huius indole & caufis impulfiuis externis agit, *fecundum* de reuerentiae obiectis & fubiectis perfonalibus, obiectis realibus, regulis atque mediis infcribitur. Satisfecit fcopo fuo auctor.

GEO. PHIL. OLEARII diff. de reuerentia erga Deum, fe ipfum, & alios. Lipf. 1730. 4.

SAM. STRYCKII diff. de iure reuerentiali, eiusque effectibus. Francof. ad Viadr. 1672. 4.

REVERSALES LITERAE.

AHASV. FRITSCHII Tract. de literis reuerfalibus earumque vfu & auctoritate. Numb. 1671. 4.

PETR. MVLLERVS de literis reuerfalibus, vulgo von Reuerfen. Jen. 1691. & 1720. 4.

IO. GOTTL. SIEGEL Progr. de literarum reuerfalium aequitate & iuftitia, Lipf. 1735. 4.

REVS.

IO. GOTTL. HEINECCIVS de religione iudicantium circa reorum confeffiones Francof. ad Viadr. 1730. 4. & in *Sylloge opufc.* nr. XVII. p. 650-695.

Quamquam reorum' confessioni multum tribuendum sit, ea tamen saepe fallit. Cum igitur maxima hic circumspectione opus esse, quilibet facile videat, ideoque leges ipsae religioni iudicis arbitrium relinquant statuendi, quantum confessioni fidendum sit, facturus operae pretium sibi videbatur Heineccius, si hanc materiam ad certa reuocet, ne forte in aequitatem cerebrinam abeat cognoscentium religio, &, dum de bono & aequo quaeritur, sub auctoritate iuris scientiae perniciose erretur. Habes rationem, ob quam opusculum hoc inter iuris naturae scripta collocare nullus dubitaui.

IO. IHRE diss. de obligatione rei ad confitendum factum suum. Vpsal. 1743. 4.

IOH. PHIL. PALTHENII diss. de obligatione rei ad sanctionem poenalem, poenamque ipsam. Gryph. 1703. 4.

Vid. *Nov. lit. mar. Balth. anni 1703. p. 198.*

IO. EBERH. ROESLERI diss. de obligatione rei ex iure naturali. Tub. 1710. 4.

Officia rei ex iure naturali pendentia, ex auctoris sententia haec sunt: 1) Citatus a iudice obedienter ac tempestiue compareat. 2) Interrogatus veritatem fideliter dicat. 3) Sen-

Sentencia iudicis, caeteris paribus adquiescat, mandataque exequatur. 4) Damnatus poenam patienter ferat.

EIVSD. Diss. de obligatione rei ad sustinendam poenam. Ib. 1712. 4.

Quartum rei officium in disputatione priori leuiter tractatum, hic latius & curatius persequitur auctor, atque distinguit inter nocentem ac innocentem reum, illum ad poenam sustinendam iure naturali esse obligatum, hunc vero non aeque, ac proinde poenam effugere, etiam cum carceris effractione, licite posse adserit.

IO. SCHMIDIVS de mortis reo iussu magistratus legitimi mortem sibi ipsi inferente. Lips. 1691.

GLAFEY, *Bibl. iur. nat. & gent. p. 401.*

REX. vid. *Maiestas, imperium, princeps* &c.

BARN. CARROLL diss. de iure regis. Traj. 1712. 4.

IACOBI *Magnae Britanniae Regis* Ius liberae monarchiae siue de mutuis regis liberi & populi nascendi conditione illi subditi officiis. Lond. cum reliquis operibus regiis 1619. fol.

Ius

Ius regium ex loco vexato *Samuelis* & iure naturae arceſſit, eo tamen vsque moderamine, vt, cum populum principi ad obſequendum obligatum ipſe adſtruat, in rege etiam immoderatam rationem regnandi improbet, eumque vt patrem in liberos, vt caput in membra, beneuolum & ſollicitum deſcribat. VINHOLD. p. 42. De variis operum huius Regis editionibus conſulendus eſt *auctor Bibl. iur. imp. p. 182. ſq.*

SABBATVM.

GOTTFRIDI BOETTNERI Diſſ. II. an & quatenus Sabbathum lege naturae praecipiatur. Lipſ. 1711. 4.

In priori oſtenditur, Sabbathum qua ratione ad philoſophos pertineat. In poſteriori ſtatuit auctor, ſabbatum ad vnum ex ſeptem diebus reſtrictum, a lege naturali non praecipi; quam ſententiam exinde putat probari, quod 1) medium deſit, quo cultum illum Sabbathicum cum natura ipſius Dei atque hominis neceſſario conuenire demonſtretur 2) conſtitutio eiuſdem mere ſit arbitraria ac libera 3) ratio ignoret huius decreti cauſam, & huius cum illo nexum 4) ſeptem dierum circuli coarctatio vel dilatatio rationi abſurda non videatur. Quibus argumen-

gumentis recensus probationis facta iam septenarii abrogatione desumtae additus est.

ADR. BEIERI otium Sabbathicum sive de feriatione & profanatione Sabbathi Diatribe. Jen. 1663. 4.

FRANCISCI BVRMANNI Disquisitio de moralitate Sabbati Hebdomadalis, ad Col. II. 16. 17. Ultraj. 1665. 4.

EIVSD. Vindiciae disquisitionis de moralitate Sabbati hebdomadalis. Ibid. 1665. 4.

Scripserat ANDR. ESSENIVS *Vindicias legis diuinae moralis Exod. XX. 8–11. Ibid. 1666.* 4. quas ipsius BVRMANNI excipiebant *Apologia pro vindiciis disquisitionis de moralitate Sabbathi hebdomadalis.* Ibid. 1666. 4. Prodiit quoque Jos. Schwartzens wahrer Bericht vom Sabbath, wieder Franc. burmanni verdeutschten falschen. Altona 1701. 8.

GEO. FRID. NIEHENCK de Sabbatho hebdomadali ab Adamo in Paradiso celebrato. Rost. 1700. 4.

IOH SAM. STRYCKII Diss. de iure Sabbathi. Hal. 1702. 4.

Sabbathum Mose prius negat, constitutionemque eius ad leges iudaeorum ceremoniales

SCHWERDTNERI *vindiciae moralitatis diei dominicae ab obiectionibus variorum, cumprimis iis, quas dissertatio Halae habita de iure Sabbathi proposuit.* Pirnae 1703. 4. VIGILANTII PLVSII *Epistola super dissertatione Halensi de iure Sabbathi* 1703. 4. IOH. BRVNSMANNI *Sabbatica quies.* siue *vindiciae Sabbatariae* Havn. 1707. 4. CHRIST. FRIEDLIEB SAXONICI Anmerkungen über Joh. Sam. Strykens übel also genannte: Nöthige Erinnerung, so er wegen der teutschen Version der Disputation de iure Sabbathi gethan. Christianwerder 4. 10. KAHLERI diss. de moralitate Sabbathi Christiani Rint. 1704. 4. SAM. SCHELGVIGII diss. de Sabbato lege morali mandato Gedan. 1707. 4. Ioh. Frid. Mayeri dissertatio Anti-Strykiana de Sabbatho. Gryph. 1707. 4. Ehren-Kleid dem Anonymo und Auctori des Gutachtens von dem mit Thomasio erregten Streit über einige freye Meynungen in einem teutschen Programmate, und von Strykii Dissertation de iure Sabbathi zum Recompens vor die Mühe praesentiret. Freystadt. 1703. 8. I. M. D. Controuersia de Sabbatho Christianorum, secundum ductum librorum Symbolicorum, vt & orthodoxae fidei addictos theologos, tam vetustiores, quam recentiores, decisa Lips. 1704. 4. Adde WALCHII Einl. in die

Rel.

Relig. Streitigk. P. III. p. 79. sqq. & P. V. p. 1100. sqq.

I. F. WEISENBORN de sabbathi obligatione naturali. Erf. 1695. 4.

SACRA

videantur omnino

Imperium, maiestas, princeps, religio.

HENR. COCCEIVS de maiestate eiusque iuribus circa sacra & profana. Heidelb. 1669. 4.

IO. VLR. CRAMER de iure circa sacra collegiali & maiestatico. Marb. 1736. 4.

CONR. DAN. FRICK vtrum sacra hostium vastare liceat iure interno? Lips. 1689. 4.

ALEX. HAMMERI diss. de iure sacrorum & foederum. Bamb. 1738. f.

IO. REINH. HEDINGERI Diss. de iure sacrorum. Giss. 1698. 4.

IO. IAC. HELFFERICHII diss. de independentia iuris circa sacra statuum ordinumque imperii Germanici Euangelicorum intuitu imperatoris & imperii. Tub. 1740. 4.

Sub Helfferichiano praesidio hanc tuitus est dissertationem GOTTFR. DAN. HOFFMANNVS.

ferente, contra se admittere cogatur. Delatus deinde Leyserus ad Repressalias, a castris eorum, qui eas iuri & aequitati naturali repugnare credunt, ad eos transit, qui iustitiam earum propugnant, argumento vsus a maiori ad minus desumto, cum scilicet principi liceat, iniurias sibi ciuibusque suis illatas bello vindicare, & aduersae reipublicae ciues non solum bonis, sed vita quoque spoliare, multo magis ei licere, mitiore longe repressaliarum remedio vti, atque detentis priuatorum bonis vel personis alium principem compellere, vt sibi suisque ciuibus ius reddat.

GEO. RADOVII Diss. de retorsione. Rost. 1668. 4.

CAR. OTT. RECHENBERGII Vindiciae iurium reipublicae & fisci in doctrina retorsionis. Lips. 1726. 4.

GEO. SCHVLTZII Diss. de retorsionibus iniuriarum verbalium iure diuino, romano & Borussico prohibitis. Regiom. 1737. 4.

IO. PHIL. SLEVOGTII Epistola de retorsione iniuriarum. Jen. 1675. & 1678. 4.

EIVSD.

EIVSD. Diff. de retorsione in moratorio non competente. Ibid. 1717. 4.

Praemissa retorsionis definitione nominali & reali, in moralitatem eius inquirit auctor, ac iuri naturae, diuino reuelato, canonico atque ciuili retorsionem conuenire ostendit, rationes adnectens, ob quas in moratorio locum non inuenire putat, ex iure inprimis romano, ac recessibus imperii petitas.

GEO. AD. STRUVII Tractatio de vindicta priuata, cumprimis vero de ea, quae fit retorsione tum iniuriae verbis illatae, tum iuris iniqui. Editio tertia, variis casibus ac responsis ex manuscriptis B. Parentis aucta, nouoque indice locupletata, per FRID. GOTTL. STRVVIVM. Jen. & Helmst. 1707. 4.

Decem & quinque capitibus absoluitur opus, quorum *primum* de vindicta in genere, *secundum* de vindicta priuata regulariter illicita, & certis casibus licita in genere, *tertium* de vindicta priuata licita ex causa necessitatis pro defensione salutis publicae, *quartum* de defensione vitae & corporis, *quintum* de defensione pudicitiae, *sextum* de defensione rerum corporalium, *septimum*

de iure patris occidendi adulterum cum filia, *octauum* de iure mariti occidendi adulterum vilem, *nonum* de iure domini castigandi seruum, *decimum* de retorsione iniuriarum, *vndecimum* de retorsione iuris iniqui, *duodecimum* de repressaliis, *decimum tertium* de pigneratione, *decimum quartum* de vindicta priuata concessa vi conuentionis, *decimum* denique *quintum* de vindicta priuata concessa in vltima voluntate, iuris naturae placita tradunt, & eorum ad leges positiuas habitum in germania declarant.

IO. CHRPH. WEINLANDI Diss. de retorsione iuris, inuenitur in *otio* EIVSD. *academico hyemali*, Hal. 1726. 8. edito. *p. 3. sqq.*

SAM. FRID. WILLENBERGII Diss. de retorsione iuris. Ged. 1736. 4.

REVERENTIA.

ADR. BEIERI diss. de reuerentia ratione societatum simplicium spectata. Jen. 1664. 4.

IO. GEO. FüCHSELII Diss. de reuerentiae erga personas alias officio. Jen. 1714. 4.

Caput

Caput *primum* de officii huius indole & caufis impulfiuis externis agit, *fecundum* de reuerentiae obiectis & fubiectis perfonalibus, obiectis realibus, regulis atque mediis infcribitur. Satisfecit fcopo fuo auctor.

GEO. PHIL. OLEARII diff. de reuerentia erga Deum, fe ipfum, & alios. Lipf. 1730. 4

SAM. STRYCKII diff. de iure reuerentiali, eiusque effectibus. Francof. ad Viadr. 1672. 4.

REVERSALES LITERAE.

AHASV. FRITSCHII Tract. de literis reuerfalibus earumque vfu & auctoritate. Numb. 1671. 4.

PETR. MVLLERVS de literis reuerfalibus, vulgo von Reuerfen. Jen. 1691. & 1720. 4.

IO. GOTTL. SIEGEL Progr. de literarum reuerfalium aequitate & iuftitia. Lipf. 1735. 4.

REVS.

IO. GOTTL. HEINECCIVS de religione iudicantium circa reorum confeffiones Francof. ad Viadr. 1730. 4. & in *Sylloge opufc.* nr. XVII. p. 650–695.

Quamquam reorum' confeſſioni multum tribuendum ſit, ea tamen ſaepe fallit. Cum igitur maxima hic circumſpectione opus eſſe, quilibet facile videat, ideoque leges ipſae religioni iudicis arbitrium relinquant ſtatuendi, quantum confeſſioni fidendum ſit, facturus operae pretium ſibi videbatur Heineccius, ſi hanc materiam ad certa reuocet, ne forte in aequitatem cerebrinam abeat cognoſcentium religio, &, dum de bono & aequo quaeritur, ſub auctoritate iuris ſcientiae pernicioſe erretur. Habes rationem, ob quam opuſculum hoc inter iuris naturae ſcripta collocare nullus dubitaui.

IO. IHRE diſſ. de obligatione rei ad confitendum factum ſuum. Vpſal. 1743. 4.

IOH. PHIL. PALTHENII diſſ. de obligatione rei ad ſanctionem poenalem, poenamque ipſam. Gryph. 1703. 4.

Vid. *Nov. lit. mar. Balth. anni 1703. p. 198.*

IO. EBERH. ROESLERI diſſ. de obligatione rei ex iure naturali. Tub. 1710. 4.

Officia rei ex iure naturali pendentia, ex auctoris ſententia haec ſunt: 1) Citatus a iudice obedienter ac tempeſtiue compareat. 2) Interrogatus veritatem fideliter dicat. 3) Sen-

Sentencia iudicis, caeteris paribus adquiescat, mandataque exequatur. 4) Damnatus poenam patienter ferat.

EIVSD. Diſſ. de obligatione rei ad suſtinendam poenam. Ib. 1712. 4.

Quartum rei officium in diſputatione priori leuiter tractatum, hic latius & curatius perſequitur auctor, atque diſtinguit inter nocentem ac innocentem reum, illum ad poenam ſuſtinendam iure naturali eſſe obligatum, hunc vero non aeque, ac proinde poenam effugere, etiam cum carceris effractione, licite poſſe adſerit.

IO. SCHMIDIVS de mortis reo iuſſu magiſtratus legitimi mortem ſibi ipſi inferente. Lipſ. 1691.

GLAFEY, *Bibl. iur. nat. & gent. p. 401.*

REX. vid. *Maieſtas, imperium, princeps* &c.

BARN. CARROLL diſſ. de iure regis. Traj. 1712. 4.

IACOBI *Magnae Britanniae Regis* Ius liberae monarchiae ſiue de mutuis regis liberi & populi naſcendi conditione illi ſubditi officiis. Lond. cum reliquis operibus regiis 1619. fol.

Ius regium ex loco vexato *Samuelis* & iure naturae arcessit, eo tamen vsque moderamine, vt, cum populum principi ad obsequendum obligatum ipse adstruat, in rege etiam immoderatam rationem regnandi improbet, eumque vt parrem in liberos, vt caput in membra, beneuolum & sollicitum describat. VINHOLD. p. 42. De variis operum huius Regis editionibus consulendus est *auctor Bibl. iur. imp. p. 182. sq.*

SABBATVM.

GOTTFRIDI BOETTNERI Diss. II. an & quatenus Sabbathum lege naturae praecipiatur. Lips. 1711. 4.

In priori ostenditur, Sabbathum qua ratione ad philosophos pertineat. In posteriori statuit auctor, sabbatum ad vnum ex septem diebus restrictum, a lege naturali non praecipi; quam sententiam exinde putat probari, quod 1) medium desit, quo cultum illum Sabbathicum cum natura ipsius Dei atque hominis necessario conuenire demonstretur 2) constitutio eiusdem mere sit arbitraria ac libera 3) ratio ignoret huius decreti causam, & huius cum illo nexum 4) septem dierum circuli coarctatio vel dilatatio rationi absurda non videatur. Quibus argumen-

gumentis recensus probationis facta iam septenarii abrogatione desumtae additus est.

ADR. BEIERI otium Sabbathicum sive de feriatione & profanatione Sabbathi Diatribe. Jen. 1663. 4.

FRANCISCI BVRMANNI Disquisitio de moralitate Sabbati Hebdomadalis, ad Col. II. 16. 17. Ultraj. 1665. 4.

EIVSD. Vindiciae disquisitionis de moralitate Sabbati hebdomadalis. Ibid. 1665. 4.

Scripserat ANDR. ESSENIVS *Vindicias legis diuinae moralis Exod. XX. 8-11. Ibid. 1666.* 4. quas ipsius BVRMANNI excipiebant *Apologia pro vindiciis disquisitionis de moralitate Sabbathi hebdomadalis.* Ibid. 1666. 4. Prodiit quoque Jos. Schwartzens wahrer Bericht vom Sabbath, wieder Franc. Burmanni verdeutschten falschen Altona 1701. 8.

GEO. FRID. NIEHENCK de Sabbatho hebdomadali ab Adamo in Paradiso celebrato. Rost. 1700. 4.

IOH SAM. STRYCKII Diss. de iure Sabbathi. Hal. 1702. 4.

Sabbathum Mose prius negat, constitutionemque eius ad leges iudaeorum ceremoniales

niales refert Strykius, & multa propugnat alia de sanctificatione sabbathi nostra quibus adquiescere non posse theologi, imo & Icti quidam sibi videbantur. Quamobrem varios excitauit motus Dissertatio Strykiana. Edebat enim GEORGIVS BEYERVS **unvorgreiffliches Bedencken vom Recht des Sabbaths und üblichen Kirchen-Ceremonien auf Veranlassung einer von dieser Materie unter dem Herrn Strykenn gehaltenen inaugural-Disputation** 1703. 4. In lucem emittebantur contra Beyeri scriptum **kurze Anmerkungen**, quibus tamen Beyerus **kurze Gegen-Erinnerungen** opposuit. Contra Strykium directa quoque est GOTTLOB FRID. SELIGMANNI disputatio *de iis quae circa receptam de Sabbato doctrinam a non nemine nuper in dubium vocata sunt.* Lipf. 1703. 4. Eodem tempore, quidam verbi diuini minister *Epistolam ad amicum* publicauit, quae dogmata Strykii sub examen reuocat. Alius vero, cui sub I. C. S. latere placuit, exire iussit libellum, qui inscribitur: λογικὴ λατρεία siue *obseruationes necessariae ad tertium* praeceptum Decalogi de Sabbati iure & officiis. Francof. & Lipf. 1763. 4. Varia quoque contra Strykii dissertationem sunt monita in **den unschuldigen Nachrichten**, 1702. p. 1058. & 1703. p. 211. sqq. Motibus hisce implicitus

citus

citus etiam est IO. FECHTIVS qui in *Schediasmate*, quod *de Sabbatho eiusque libertate in nouo testamento* composuit, Sabbathi constitutionem, legem esse ceremonialem statuit. Hoc Schediasma CONRAD. LVD. WAGNERVS qui in Strykianae dissertationis propugnatione respondentis vice functus erat, recudi curauit, inque Epistola huic editioni adiecta praesidium Strykianae sententiae in Fechtii auctoritate quaesiuit. Sed quidam in Unschuldigen Nachrichten anni 1703. p. 393. probare adlaborauit, Fechtii de Sabbato sententiam a Strykii dogmatibus diuersam esse, simul tamen subiecit *obseruationes de moralitate sabbathi ad exercitationem viri summi*, quibus varia Fechtio mouentur dubia. Ad haec respondit Fechtius simulque docere studuit, quantum sententia sua distet a Strykiana, in praefatione, qua DORSCHAEI Commentarium in quatuor Euangelistas ornauit. Recusa quoque tunc temporis quaedam de sabbatho sunt scripta, qualia sunt IOH. AVG. STEMPELII *discursus theologicus de Sabbatho Christianorum* Lips. 1703. 4. & VAL. ALBERTI dissertatio *de Sabbathi sanctificatione & profanatione* Lips. 1703. 4. Neque silentio hic praeteriri oportet sequentia scripta: IOH. SAM. STRYKII programma *de incommodis festorum*. Hal. 1702. 4. IO. DAV. SCHWERDT-

SCHWERDTNERI *vindiciae moralitatis diei dominicae ab obiectionibus variorum, cumprimis iis, quas dissertatio Halae habita de iure Sabbathi proposuit.* Pirnae 1703. 4. VIGILANTII PLVSII *Epistola super dissertatione Halensi de iure Sabbathi* 1703. 4. IOH. BRVNSMANNI *Sabbatica quies* siue *vindiciae Sabbatariae* Havn. 1707. 4. CHRIST. FRIEDLIEB SAXONICI Anmerkungen über Joh. Sam. Strykens übel also genannte: **Nöthige Erinnerung,** so er wegen der teutschen Version der Disputation de iure Sabbathi gethan. Christianwerder 4. 10. KAHLERI diss. de moralitate Sabbathi Christiani Rint. 1704. 4. SAM. SCHELGVIGII diss. de Sabbato lege morali mandato Gedan. 1707. 4. Ioh. Frid. Mayeri dissertatio Anti-Strykiana de Sabbatho. Gryph. 1707. 4. Ehren=Kleid dem Anonymo und Auctori des Gutachtens von dem mit Thomasio erregten Streit über einige freye Meynungen in einem teutschen Programmate, und von Strykii Dissertation de iure Sabbathi zum Recompens vor die Mühe praesentiret. Freystadt. 1703. 8. I. M. D. Controuersia de Sabbatho Christianorum, secundum ductum librorum Symbolicorum, vt & orthodoxae fidei addictos theologos, tam vetustiores, quam recentiores, decisa Lips. 1704. 4. Adde WALCHII Einl. in die

Rel-

Relig. Streitigk. P. III. p. 79. sqq. & P. V. p. 1100. sqq.

I. F. WEISENBORN de sabbathi obligatione naturali. Erf. 1695. 4.

SACRA
videantur omnino
Imperium, maiestas, princeps, religio.

HENR. COCCEIVS de maiestate eiusque iuribus circa sacra & profana. Heidelb. 1669. 4.

IO. VLR. CRAMER de iure circa sacra collegiali & maiestatico. Marb. 1736. 4.

CONR. DAN. FRICK vtrum sacra hostium vastare liceat iure interno? Lips. 1689. 4.

ALEX. HAMMERI diss. de iure sacrorum & foederum. Bamb. 1738. f.

IO. REINH. HEDINGERI Diss. de iure sacrorum. Giss. 1698. 4.

IO. IAC. HELFFERICHII diss. de independentia iuris circa sacra statuum ordinumque imperii Germanici Euangelicorum intuitu imperatoris & imperii. Tub. 1740. 4.

Sub Helfferichiano praesidio hanc tuitus est dissertationem GOTTFR. DAN. HOFFMANNVS.

HENR. HENNINGES de summa imperii potestate circa sacra. Norimb. 1676. 8.

Sobrie atque erudite delicatum hoc argumentum pertractasse auctorem, IENICHIVS iudicat in *Suppl. ad Bibl. iur. Lip. p. 365.*

IO. WOLFG. IAEGER de iure summarum potestatum circa sacra. Tub. 1711. 8.

HENR. ERN. KAESTNER de iure principis circa sacra. Rinth. 1700. 4.

CYPRIANI REGNERI AB OOSTERGA Orationes duae de iure & potestate principis circa sacra ab hostibus occupata: vna cum EIVSD. *censura* BELGICA Vltraj. 1669. 4. prodierunt.

GOTTFR. STOESSER de potestate politica circa sacra. Argent. 1659. 4.

SAM. STRYCKII Programma de principe quolibet papa in suo territorio. Witt. 1690. 4.

F. V. W. Kurzer Begriff des Rechts circa sacra, geistlicher Iurisdiction, und iuris patronatus. Leipz. 1719. 8.

IVST. CAR. WIESENHAVERN diss. de iure conuentionali sacrorum dirigendorum. Lips. 1748. 4.

Consi

Conf. *Nov. lit. Götting. anni 1749. p. 151. sq.* & *Huius Bibl. Part. II. p. 97.*

SACRIFICIVM.

IOH. SCHVLZE de sacrificiis siue victimis statu. Ged. 1692.

CHRPH. HENR. ZEIBICH an sacrificia sint religionis naturalis. Witt. 1699.

GLAFEY *Bibl. iur. nat. & gent. pag. 403.*

SALVS.

SAM. STRYKII Diss. de salute publica Francof. ad Viadr. 1673. 4. & in Dissertt. Francof. Vol. III. d. 16.

SCANDALVM.

ADR. BEIERI Diss. de scandalo. Jen. 1702. 4.

IO. PAVL. KRESSII Progr. de scandalo. Helmst. 1736. 4.

SCENICI vid. *ludus.*

IO. BENI. KOHNHARD de scenicis in Republica Christiana non tolerandis. Lips. 1715.

GLAFEY *l. c. p. 403.*

Joh. Heinr. Steffens Programma von der Moralität des Schauspiels. Celle 1746.

Primum de moralitate ac abusu in genere verba facit auctor, probans, nihil fere bonum esse atque licitum, abusui non obnoxium. Hinc abusum ab vsu sollicite separandum esse, neque ab illo ad prohibitionem & prauitatem rei vel actionis, qua quis male vtitur, valere conclusionem, sapienter monet. Haec in ludis quoque scenicis, per quos solas comoedias ac tragoedias intelligit, valere putat, quippe actibus, prout eorum notio satis doceat, moraliter bonis, cum iisdem & veritates inculcentur, & virtus promoueri queat, ipsique patres ecclesiae non tam eos ipsos, quam potius eorum abusum reprehenderint. Tanto vehementius autem ad colendam virtutem per ludos scenicos homines excitari credit, quanto maior in animis hominum vis esse soleat actus, quo virtutis excellentia ac id, quod in vitio abominandum est, oculis quasi subiicitur, quam verborum, quibus, solis argumentorum ponderibus, virtus commendatur, vitia improbantur. Respondet in fine auctor iis, quibus ludi decoro christiano aduersari videntur.

SCORTATIO.

AVGVSTI MüLLERI diss. an Lupanaria in republica sint toleranda? Witt. 1701. 4.

SENATVSCONSVLTVM MACEDONIANVM.

CHRIST. GODOFR. MOERLINI diss. an & quatenus filii familias SCto Macedoniano vtentes tuti sint in conscientia, Lipſ. 1700. 4.

SENSVS.

GOTTL. MüLLERI diss. de moralitate sensuum externorum. Witt. 1743. 4.

SECRETA.

CHRIST. ROEHRENSEE de obligatione secreti. Witt. 1672.

GLAFEY. Bibl. iur. nat. & gent. p. 403.

SECVRITAS.

ERN. FRID. SCHROETERI diss. de iure securitatis tum inter ciues tum inter gentes Ien. 1667. 4.

Ius securitatis auctori est facultas repellendi pericula, quae nobis ab alio quodam imminent, &, quatenus inter ciues obtinet, ita pertractatur, vt primum de origine & fundamentis eius nec non de mediis agatur, quibus ciuium securitati consulitur, deinde pericula, quae in ciuitate vel maiori vel mi-

nori viuentibus metuenda sunt, commemorentur. In iure securitatis inter gentes enucleando auctor occupatus fundamenta huius iuris, quo gentes inuicem sunt obstrictae, praestruit, media, quibus gentes sese inuicem reddunt securas addit, postremum vero personas indicat, quibus inter omnes gentes, belli etiam tempore, securitas debetur.

SEMINARIVM REIPVBLICAE.

IO. EBERH. SCHWELING de iure imperantis circa seminarium reipublicae. Brem. 1697.

GLAFEY. *l. c. p. 403.*

SEPVLTVRA.

IVST. HENN. BOEHMERI diss. de iure erigendi coemeterium. Hal. 1716. 4.

Dissertatio, cuius auctor laudatur in fronte IO. GEO. PERTSCHIVS, qui eam sub moderamine Boehmeri defenderat, duabus constat partibus, prima historica, quae originem sistit coemeteriorum, altera iuridica, quae de iure erigendi coemeterium agit. Haec inprimis huius loci est, quod in ea multa iuris naturalis tractantur portiones, veluti: coemeteria res esse vniuersitatis,

curam

curam igitur coemeteriorum competere posse magistratui politico & patrono, non nunquam administratoribus ecclesiae; vel etiam magistratui oppidano, nobilibus licere, priuata erigere dormitoria iuxta sua castra, saltem regulas prudentiae suadere, vt principis confirmatio coemeteriis erectis accedat; subditos cogi posse ad fundos vendendos, ex quibus coemeterium fiat; Singulos, qui de ciuitate & corpore sunt, pro rata teneri ad ferendas impensas coemeterio vel extruendo vel reficiendo necessarias, nisi vel aliud lege aut consuetudine cautum, vel coemeterium templo contiguum sit.

GVIL. HIER. BRVCKNERI Diss. de sepultura gratis concedenda. Jen. 1708. 4.

Solet huic dissertationi ab aliis inter iuris naturae scripta concedi locus, quo iure quaue iniuria, viderint alii. Hoc certissimum est, Brucknerum proposuisse multa, iuris quidem naturalis quae sunt, ex solis tamen legibus positiuis demonstrata.

GEO. DAN. COSCHWITZ de noxis ex sepultura in templis facta oriundis. Hal. 1728. 4.

CHR. GOTTFR. HOFFMANN de coemeteriis ex vrbibus tollendis. Francof. ad Viadr. 1729. 4.

ABR. PERRENNOT Diſſ. de prohibenda in vrbe & templis ſepultura. Vltraj. 1748. 4.

Recenſetur ac ſingulari encomio celebratur in *Nou. Lit. Lipſ. 1749. p. 2. ſqq.*

HENR. BALTH. ROTHII diſſ. de hominis mortui ſepultura prohibita. Jen. 1683. 4.

Poſtquam generalia praemiſit auctor, in capite ſecundo diſputat quaeſtionem: an ſepultura prohiberi, & quotupliciter id fieri poſſit? quam adductis & exploſis negantium argumentis affirmat, ſuaeque ſententiae idoneas reddit rationes, ex quibus tandem concludit, *regulariter licitum non eſſe inſepulta corporum demortuorum hominum relinquere; vbi tamen id iure conſtitutum, omnino id fieri poſſe, nec eſſe natura illicitum, vel inſepultum relinquere ſumme facinoroſi corpus, aut etiam denegare iuſtam & ſolennem ſepulturam nonnullis ex iuſta & legibus adprobata cauſa.* Denegari deinde probat ſepulturam nonnullis vel *ſimpliciter* & *abſolute*, ita, vt eorum cadauera plane non ſepeliantur,

tur, vel saltem *secundum quid*, nempe certo tempore, seu ad certum tempus, aut certo loco, vel certis & iustis solennitatibus. Sed mittimus haec a nostro scopo prorsus aliena.

REINHOLDI FRID. SAHME dissertationes duae de sepulturae denegatione. Regiom. 1710. 4.

REINH. SOMMERI diss. de officio sepeliendi mortuos ex iure naturae. Regiom. 1717. 4.

IENICH. *Supplem. ad Bibl. iur. Lip. pag. 373.*

CHRIST. THOMASII Diss. de iure principis Euangelici circa solennia sepulturae. Hal. 1702. 4.

Principis euangelici saltem propterea fecit mentionem Thomasius, quod ille non participat de iuribus Episcopalibus, adeoque dispositiones eorum circa sepulturam sibi vindicare non potest Non autem quaerit, quid princeps possit per consistorium aut cum consensu ministrorum ecclesiae, vel circa ipsam sepulturam, vel intuitu coemeteriorum & sepulturae in vrbe & templis? sed: *an princeps euangelicus aut eius consili-*

um sanctius vel etiam regimen consistorio superius, inuitis quoque Consistorialibus vel ministerio ecclesiastico, iustis de caussis possit ceremonias in sepultura mortuorum honesta alias receptas vel augere, vel minuere? Respondet Thomasius primo generatim ea, quae iamiam hac de caussa in suis iurisprudentiae diuinae Institutionibus prodiderat; in republica nempe christiana ad principem pertinere, modum & ceremonias praescribere, in sepulturis obseruandas, easque absque peccato mutare posse, quod non solum de legibus a principe expresse latis, sed & de ceremoniis, moribus tacito principis consensu introductis intelligit. Quare, siue diurno siue nocturno tempore, siue cum concionibus, siue absque iis &c. cadauer terrae mandetur, legibus diuinis seu naturalibus seu positiuis aduersum quid haud fieri putat. Quae omnia latius demonstrantur, & varia iuris publici vniuersalis ecclesiastici capita egregie illustrantur.

IO. WEICKHMANN de iure sepulturae per autochiriam amisso. Witteb. 1688.

GLAFEY *Bibl. iur. nat. & gent.* p. 403.

SE-

SEQVESTRVM.

IO. PETR. DE LVDEWIG oratio de iustitia armorum Porussiae Regis pro sequestro Sedinensi, habita die XII. mens. Iul. anni 1715.

Inuenitur in EIVSD. *opusculis oratoriis Hal. 1721. 8. p. 151. sqq.*

SERMO vid. *lingua.*

IO. ANDR. HARTMANNI Diss. de obligatione sermocinantium. Marp. 1734. 4.

VITI BENEDICTI HEVBERI Diss. de eo, quod circa sermonem iustum est. Jen. 1693. 4.

Quotiescunque veritas ad nostram aliorumque hominum conseruationem promouendam necessaria est, toties illam non esse dissimulandam, tuetur auctor.

SIM. FRID. JAEGER de officio hominis circa sermonem. Witt. 1691. 4.

IO. IOACH. MüLLERI Diss. de officio circa signa inter homines recepta praeter sermonem. Altd. 1685. 4.

NIC. CHRPH. REMLING de obligatione sermonis. Witt. 1694. 4.

GLAFEY. Bibl. iur. nat. & gent. p. 404.

CHRIST.

CHRIST. ROEHRENSEE Triga quaestionum vexatarum circa officium sermocinantium, Witt. 1691.

GLAFEY *l. c. p.* 404.

EBERH. LVD. ROTH de sermone hominis, & quae eundem consequitur obligatione. Vlm. 1679. 4.

IOH. EBERH. ROESLERI Diss. de sermone indeque orta obligatione. Tub. 1715. 4.

Officium circa sermonem erga Deum est, ne sermone, nobilissimo Dei dono, ad contemtum & contumeliam Dei vtamur, sed ad laudem gloriamque eius tanquam vltimum omnium actionum nostrarum finem. Officium erga nosmet ipsos sermone vti iubet ad nostram conseruationem & defensionem, vtilitatemque, sed innoxiam, hoc est, quae nec Dei gloriae aduersatur, nec ius aliorum hominum violat. Vnde fluit, sensa animi sermone exprimenda, quoties commodum nostrum requirit, silendum vero, quoties locutio foret noxia, saluis tamen semper officiis erga Deum aliosque homines praestandis. Ad officia erga alios quod attinet, lex naturalis dictitat, vt sermone ita vtamur, prout natura & ratio socialitatis postulat, scilicet,

licet, vt eo neminem laedamus, ſed aliorum potius commoda promoueamus. Loquendum vel tacendum, quoties pactum aut lex aliqua naturalis alios laedere vetans, aut aliorum commoda promouere iubens, hoc vel illud expoſcit. Vocabula non in alia ſignificatione adhibere, quam vſus fert, aut conuentum eſt, lex iubet naturalis. Ea loquenda ſunt, quae cum animo conueniunt, quaeue alter ex nobis cognoſcendi ius perfectum vel imperfectum habet. Dixi ſumma diſſertationis capita.

GOTTL. GER. TITIVS de officio ſermocinantium Lipſ. 1695. 4.

Extat haec diſſertatio etiam in EIVSD. *Diſſertt. Iurid.* Lipſ. 1729. 4. editis p. 253. ſqq. ac recenſetur in Act. Erud. Lipſ. Suppl. T. X. S. I. p. 15. ſq. vbi auctorem argumentum hoc plene, & adcurate perſecutum eſſe, dicitur.

GOTTL. SAM. TREVERI Diſſ. de crimine alieni ſermonis. Helmſt. 1715. 4.

HENR. VFFELMANNI de iure quo homo homini in ſermone obligatur, liber vnus. Helmſt. 1676. 4.

SER-

SERVITVS, SERVVS.

VAL. ALBERTI de seruitute naturali. Lipf. 1684. 4.

HENR. COCCEII diff. de seruitutibus naturalibus. Heidelb. 1673. recusa ibidem 1714. 4.

Est Cocceio feruitus naturalis, qua praedium ex necessitate naturae suae a praedio vicino aliquid parti & excipere cogitur. Talis est fluminis in alicuius fundo vel territorio orti aut hoc transeuntis ad vicinum decursus.

CHRPH. IO. CONR. ENGELBRECHTI Commentatio de seruitutibus iuris publici. Helmst. 1715. 4. & cum CHR. GOTTL. BVDERI praefatione de cura ac cautione, quam in concedendo banno sanguinis adhibuerunt Reges Germaniae. Lipf. 1739. 4.

IENICH. *Suppl. ad Bibl. iur. Lip. pag. 374.*

IO. PAVL. FELWINGER de feruo naturali. Altd. 1678. 4.

IOH. HENR. FELTZII Exercitatio de iuris publici seruitutibus, siue, de iuribus in alieno territorio, tam in genere, quam quoad species praecipuas. Argent. 1701. & recusa ibid. 1736. 4.

Amici

Amici fuerunt auctori Grotius, Pufendorfius, Rhetius, aliique iuris naturae scriptores eminentiores, ita tamen, vt in nullius verba iurauerit.

IO. HENSELIVS de seruitute naturali, num iure naturae sit licita. Lips. 1692.

GLAFEY. *Bibl. iur. nat. & gent. p. 404.*

IO. NIC. HERTII Diss. de seruitute naturaliter constituta, cum inter diuersos populos, tum inter eiusdem reipublicae ciues. Giss. 1704. 4. & in *Opusculis auctoris Vol. II. Tom. III. p. 103-154.*

Rem ex iure naturali, gentium, & ciuili, excellenter disputauit.

FR. NITSCHIVS de statu libertatis & seruitutis. Giss. 1683. 4.

IO. IVL. SVRLANDI Diss. de seruitute in rempublicam reuocanda. Gottingae 1749. 4.

Seruitutem nec religioni christianae, bonisque moribus, nec saluti publicae aduersari, sed huic vtilem esse, variis adstruitur argumentis.

IO. MICH. TEVTSCHER de statu seruorum iure naturae licito. Lips. 1722. 4.

SE-

SEXVS.

MARTINI HASSEN Diss. de non commutando sexus habitu. Witt. 1716. 4.

Inculcatur in genere rectus vestium vsus, ac in specie pro sexus diuersitate diuersus, cum hic conueniat ipsi naturae seu ordinationi diuinae, sexus officia inde cognoscenda sint, eo suspiciones, stupra & alia possint euitari facinora, expressa denique numinis lege vtrique sexui diuersus sit adsignatus habitus *Deuter. XXII, 5.* quam legem non ceremonialem sed moralem esse contra Spencerum aliosque defenditur.

SILENTIVM.

ADR. BEIERI Diss. de silentio & taciturnitate. Jen. 1667. 4.

HENR. PET. BEVMER de silentio innoxio. Erff. 1693. 4.

IENICH. *Bibl. iur. Lip. pag. 551.*

HENR. BROKESII diss. de silentio consensum non inferente. Witt. 1734. 4.

Omissionem sermonis auctor silentium vocat, quod in simplex & qualificatum diuidit, quorum hoc praeter omissionem sermonis instructum est aliis signis, ex quibus cogita-

gitationes eruuntur, illud autem eiusmodi signis destituitur. Silentio igitur simplici, de quo solo hic sermo est, consensum non inferri, contendit auctor, hac vsus demonstratione: *Silentium est omissio sermonis. Silentio nihil declaratur, cum tacens neque asserat neque neget. Consensu fit mentis declaratio. Consensus ergo & silentium sunt contraria. Contraria non combinantur.* Eadem rectae rationis principia fuisse a romanis quoque agnita, variis monstratur exemplis.

HENR. COCCEII Diss. de Silentio. Heidelb. 1682. 4.

MAGNI CRACKAVII Diss. de silentio principibus praeiudicante. Altd. 1705. & recusa ibidem 1723. 4.

CHRPH. LVD. CRELLII obseruationes de poena silentii, ex conscientia delicti alieni. Witt. 1742. 4.

MARTINI HASSEN disp. de pacto silentii. Witt. 1726. 4.

IO. CHRPH. ROSTEVSCHER de silentio. Ged. 1691.

GLAFEY. *Bibl. iur. nat. & gent. p. 404.*

NIC. CHRPH. LYNCKERI diss. de eo quod iustum est circa silentium, 1693. 4.

Definitur ac diuiditur silentium; agitur de silentio a principe aut magistratu, lege, in processu, a priuatis iniuncto: silentium fortis explicatur. Quinam & quae sileant, porro, ex quibus caussis & vbi silendum sit, expenditur: Postremum obligatio ad silendum medicorum, amicorum, domesticorum, vxoris, famulitii, liberorum &c. ostenditur.

IO. LVD. SCHMIDTII Diss. de moralitate silentii. Lips. 1701. 4.

GVIL. IGNAT. SCHüTZ de recta silendi ratione. Giss. 1657. 12.

IOH. STEIN de Silentio. Regiom. 1705. 4.

IO. TESCHENMAKER de iure silentii. Vltraj. 1730. 4.

SIMONIA.

IO. LVD. PAPEN Diss. de simonia ne in foro ecclesiastico naturali quidem licita. Helmst. 1749. 4.

Ecclesiae christianae finis nullum sacro idoneum officio ponit, nisi religionis christianae peritum, & pietate praeditum; cui fini cum simoniam esse oppositam opinatur PAPIVS, quod erat demonstrandum, de-

mon-

monſtraſſe ſibi videtur. Quamquam nemo, cui ſanum eſt ſincipur, de ſententiae ipſius praeſtantia facile dubitet, negari tamen haud poteſt, auctoris probationem methodo licet mathematica munitam, hiatu quodam eſſe deformem, in *Nouis lit. Gott. anni 1750. p. 693.* iam notato, vbi haec verba leguntur: Wir glauben mit dem H. V. die Unzuläßigkeit des Pfarrhandels, und die Erfahrung lehrt an den Orten, wo er zur Mode worden, den faſt unvermeidlichen Schaden deſſelben deutlich; jedoch können wir nicht unterlaſſen anzumercken, daß der H. V. bey ſeiner geſuchten Strenge etwas vorbey gelaſſen, wodurch ſein Beweiß erſt allgemein geworden wäre. Es fehlet der Beweiß, daß es wenigſtens moraliſch unmöglich ſey, bey dem Kauff und Verkauff geiſtlicher Aemter, ſonderlich an Orten, wo kein anderer Weg, dazu zu gelangen übrig iſt, zugleich auf Gelehrſamkeit und Tugend Rückſicht zu nehmen.

SIMVLATIO v. *mendacium.*

IO. GOTTL. BOHNII Diſſ. an liceat ſimulare & diſſimulare. Lipſ. 1714. 4.

Cum cura hic conquiſitos videas euentus, qui ſimulare ac diſſimulare omni iure propitio permittunt.

FRID. CHR. BVCHERVS de simulatione. Ged. 1683. 4.

HENR. COCCEII diss. de simulatione. Francof. ad Viadr. 1693. & in Exercitt. Vol. I. n. 89.

IO. DIETR. VON GüLICH de simulatione & dissimulatione. Oster. 1688 12.

LIPEN. *Bibl. iur. edit. Ienich. pag. 552.*

MARTIN. HASSEN dissertationes duae de moralitate simulationis. Witt. 1732. 4.

CONR. IVNCKER de simulatione. Altd. 1676. 4.

GEO. NIC. OCKELL Diss. an simulatio & dissimulatio sint licitae? Rost. 1706. 4.

Sectio prima sistit simulationem ac dissimulationem illicitam, id est eam, quae animo nocendi fit; in secunda, licitae simulationis iusti reguntur fines.

GOTTL. SAM. TREVER diss. de sinceritate erga se ipsum. Lips. 1707. 4.

HENR. VFFELMANN de simulatione & dissimulatione. Helmst. 1671. 4.

SOCIALITAS, SOCIETAS, SOCIVS vid. *principium iur. nat.*

IO. ERN. AB AVERSWALDA Diss. de eo quod lege naturali pro fidei sociis, pro-

propter religionem afflictis, iustum est. Witt. 1720. 4.

vid. *supra pag. 147.*

IO. CHRPH. BECMANNI Diss. de societate. In *Meditt. Polit. p. 25-32.*

CHRPH. BESOLDVS de tribus societatis domesticae speciebus, maritali, filiali, seruili. In *opere polit.* Argent. 1641. 4.

IO. GOTTH. von BOECKELEN de societatis ciuilis primis elementis. Helmst. 1677. & 1683. 12.

ANDR. BRVMMERI Diss. de societate herili. Lips. 1651. 4.

IO. AD. FLESSAE Diss. vtrum quis saluo officio societati nomen dare possit, cuius leges & instituta ante praestitum iusiurandum plane ignorat? Altonae 1743. 4.

Negatur quaestio proposita, quod 1) omnis consensus deficiat, necesse sit ante de fine societatis quam constet, 2) societas scopum suum mysterii instar celans, in aliorum animis metum illiciti scopi efficiat, adeoque officia laedat amoris, 3) ille qui se in talem recipi societatem patitur, obedientiam laedat magistratui debitam, 4) officium christianorum actiones suscipere vetet, quas fo-

re salutares praeuidere non possumus. Quibus tamen argumentis opponuntur alia in *Nouis literariis Gottingensibus anni 1743. p. 334. sq.*

IO. GRYPHIANDRI Diss. de ciuili societate. Extat in DOMIN. ARVMAEI *Discurs. acad. de iure publ. Vol. V. p. 283. sqq.*

GEO. IEREM. HOFFMANNI Diss. de gloria Dei & societatis humanae conseruatione, tanquam philosophiae nostrae fine, Altd. 1689. 4.

IO. CASP. KVHNIVS de socialitate secundum stoicorum disciplinam expensa. Argent. 1700.

GEO. HENR. LEHMANNI diss. de societate Diuina. Lips. 1678. 4.

Sequitur auctor Io. Ad. Osiandri principia, qui in Commentario ad Grotii cap. I. Lib. I. th. 3. obs. 2. ita scribit: *Ex quo colligere licet, inter Deum & hominem aliquam esse societatem, & consequenter ius quoddam analogice tale, cum & regis & patris personam eminenter referat, creauit hominem ad imaginem suam, digne, illa nobilitate concessa, & concreata, voluerit illum tractare.* In qua materia sic Lehmannus versatur, vt in-

socie-

ſocietatis huius originem in ſtatu integritatis inquirat, deinde, quidnam illius in ſtatu lapſus vel reliquum ſit, vel perierit, diſpiciat.

IO. PET. DE LVDEWIG de ſociis ſtipendiariis hoſti in cauſa reipublicae Memmingenſis. Hal. 1720. 4.

Conf. IENICH. *Suppl. ad Bibl. iur. Lip. p. 278.*

BARTH. HENR. MEINICKE de natura & effectu ſocietatis. Erf. 1732.

GLAFEY. *l. c. p. 405.*

IO. IAC. MüLLERI habentur Diſſertationes, de ſocietatibus, quatuor, quarum prima de ſocietate in communi, ſecunda de coniugio, tertia de ſocietate patria, quarta de ſocietate herili agit.

IO. BARTH. NIEMEIER de ſocietatibus tam primis & minoribus, quam ciuilibus, illarumque cum his conuenientia & analogia. Helmſt. 1684.

IDEM *l. c. p. 405.*

IO. ANT. SCHMIDTII diſſ. de efficacia religionis in promouenda ſocialitate. Lipſ. 1700. 4.

CHRPH. SCHRADERI diss. de societate coniugali. Lips. 1672. 4.

IO. PHIL. SLEVOGT de naturali societatis amore praecipue ciuilis. Jen. 1687. 4.

IAC. THOMASIVS de societatis ciuilis statu naturali ac legali. Lips. 1675. 4.

SOCRATES.

CHRIST. FRID. BOERNERI oratio solemnis de Socrate eodemque summo ac perfectissimo boni ethici exemplo publice dicta. Lips. 1707. 4.

Breuiter quoque in hac oratione repraesentatur ius naturae Socratis.

IAC. WILH. FEVERLINI Diss. historico-philosophica ius naturae Socratis delineans. Altd. 1719. 4.

Vid. *Bibl. huius Part. I. p. 348.*

CHRIST. LOEBER de fundamento legum naturalium secundum disciplinam Socratis. Jen. 1706. 4.

SOMNVS, SOMNIVM.

GEO. WILH. ALBERTI diss. de imputatiuitate somnii. Gott. 1745. 4.

Quae Thomasius in dissertatione de iure circa somnum & somnia, aut omisit, aut minus

nus curate dixit, aut sola ad leges ciuiles relatione instituta, proposuit, auctor supplere, sollicitius enucleare, ac ad iuris naturalis normam reuocate, hinc principia de *somnii imputatiuitate* ex philosophia depromere studuit.

ADR. BEIERI tractatio de iure dormientium. Jen. 1672. recusa. Hal. 1726. 4.

Praemissa generali de somno & vigilia capite, primum iura quae dormientibus debent vigilantes, deinde obligationes dormientium erga alios expenduntur.

GOTTFR. BOETTNERI diss. an & quatenus somnia hominibus imputentur. Lips. 1703. 4.

En Dissertationis nucleum. Somnia supernaturalia non imputantur, somnia contra naturalia a temperamento atque affectu dominante prouenientia imputantur, quatenus natura, quoad eius fieri potuit, correcta non fuit. Eadem de somniis a morbis & intemperie ortis valent, si culpa morbus procuratus fuerit. Somnia fortuita ex diurnis operationibus orta non sunt vitio creata, quatenus ideae de rebus ex officii ratione attentius agitatis phantasiae obuersantur, im-

putantur tamen, quatenus rebus aliis ardentiori affectu immorati sumus. Somnia proaeretica, quae oriuntur ex rebus praecedenti die eum in finem attentius agitatis, vt dormientibus grata phantasmata gignerent, simpliciter imputantur. Eorum, quae somniavimus inuiti, imputatio in nos potest redundare, si nempe post accedat nostra cum adprobatione & oblectatione coniuncta somnii recordatio. Quoties ipsa imputari possunt somnia, toties actiones immediate ex his proficiscentes imputantur.

IO. DAV. DIETRICHII disp. an ea quae hominibus in somno & somnio accidunt, iisdem possint imputari. Witt. 1726. 4.

GERH. FELTMANN de somno. Bremae 1711. 8.

IO. BERNH. FRIESEN diss. de delictis dormientium. Jen. 1701. 4.

Dormientes parum a mortuis distare, hinc non delinquere, statuens auctor, hanc tamen sententiam tunc demum esse veram ostendit, si culpa dormientis absit, cum novum non sit, ea quae in somno fiunt, culpa dormientium deberi, vt, si forte quis dormiens alterum percusserit, sciens, sibi

acci-

accidere dormienti posse, vt aliquem percuteret, & non prouiderit, ne quis secum dormiat, vel ne ipse cubiculo exeat. Ita quoque mater saepe dolo vel culpa non caret, quae somnolenta infantem tenellum penes se cubantem oppressit.

BALTH. TILESII diss. de dormiente delinquente eiusque poena. Regiom. 1707. 4.

CHRIST. THOMASII diss. de iure circa somnum & somnia. Lips. 1687. Halae 1723. saepiusque recusa, inuenitur etiam in EIVSD. *Vol. Dissertt. Lipsiens.* Lips. 1695. 4. *diss. XI.*

Caput I. agit de somno & somniis in genere, II. de iure somni & somniorum intuitu personarum, III. intuitu domini IV. in contractibus, V. in delictis, VI. in Processu criminali. Etsi Thomasius habitum somni & somniorum ad leges cumprimis humanas sibi ob oculos posuit, harum tamen pro more suo rationes ad iuris naturalis reuocavit saepissime principia, & plura de moralitate eorum, quae a dormientibus ac somniantibus fiunt, attulit iuris naturae studiosis & iucunda & fructuosa.

SORS

SORS vid. *alea*, *ludus*.

GVIL. HIER. BRVCKNER de iure fortium. Erf. 1685. 4.

IO. FRID. HARNVSBERGERI Diff. de fortione poenali bellica. Argent. 1684. 4.

Conftat, & olim & noftris temporibus, fi quando multitudo militum aufugit, vel aliud commifit delictum, non omnes punitos, fed vnum alterumue forte inftituta poenae datum effe. Qui puniendi modus difciplinae militari idoneus & perquam vtilis femper vifus fuit, hodieque in militaribus legibus locum inuenire folet. Cum autem de iuftitia eius dubitatum faepe fuerit, operae pretium duxit auctor, in praecipua eius fundamenta & rationes inquirere. Nec male auctori labor fucceffit, cum non folum argumentis idoneis probauit, hunc puniendi modum neque iuri naturae, neque gentium aduerfari moribus, fed etiam dicta fua, Grotii, Pufendorfii, aliorumque fummorum virorum fuffragiis firmauit, exemplisque omnis aeui lectiffimis exornauit.

FRID. NITZSCHII diff. de forte. Lipf. 1668. 4.

CHRPH. PHIL. RICHTERI diff. de iudicio fortis. Jen. 1672. 4.

IO.

IO. GVIL. SCHROETERI diss. de vsu sortium tum licito tum illicito. Giss. 1677. 4.

IO. TESMARI disp. de Sorte. Marp. 1676. 4.

Enarrata hic videas iudicia sortis, quae iure adhibentur humano, eorumque iustitiam ad iuris naturalis quoque normam subinde reuocatam.

BALTH. TILESII diss. de sorte. Regiom. 1701. 4.

ENGELB. WIPPERMANN de iudicio sortis. Rint. 1677. 4.

SPONSALIA vid. *matrimonium.*

IO. SAM. STRYCKII Diss. de natura sponsaliorum & dimisione. Hal. 1710. 4.

CHRIST. THOMASII diss. de pactis futurorum sponsaliorum. Hal. 1712. 4.

SPONSIO.

ARN. MAVRIC HOLTERMANNI diss. de sponsionibus licitis & temerariis, vulgo: praeł sacht oder ich fresse dich. Marb. 1676. 4.

IO. CHRPH. HOMMELIVS de sponsionibus ministrorum. Isen. 1723. 4.

CHRIST.

CHRIST. ALARDI KNOPFFII diſp. de ſponſione inaequali, Jen. 1686. 4.

Auctor methodo cauſarum vſus quidem eſt, multa tamen protulit haud ſpernenda. In capite primo notionem inaequalis ſponſionis ponit in *conuentione de re dubia diſceptantium, poſito certo quodam, ſed inaequali, ita vt, ſi hic victor exiſtat, minus, ſin ille, maius ipſi cedat.* Cauſam efficientem in proximam ac remotam diuiſit, illam in conſenſu hanc in iure gentium collocauit, ſimulque vim & metum obligationi ſpondentis obſtare adſeruit. Delatus deinde ad ſubiectum multa ex iure ciuili de iis verba fecit, qui ex conuentionibus ſuis aut nunquam, aut ſaltem interdum non obligantur. In capite quarto, quod de inaequalis ſponſionis obiecto inſcribitur, quasdam diſputauit quaeſtiones, quae omni non deſtituuntur vtilitate, velut: an etiam de facto illicito ſponſionem inire liceat? an de morte principis? num de potu? vtrum de non amplius ludendo? quarum tamen ſolutionem, ſepoſita quaſi legum naturalium diſpoſitione, praeter neceſſitatem ex iure ciuili romano petiit. Formam ex definitione praemiſſa elicere ſtuduit, finem in internum & externum, effectum vero in primum & ortum diſtinxit, il-

lum

lum in obligatione, hunc in actione collocans. Ad affinia ollam fortunae & assecurationes retulit.

IAC. FRID. LVDOVICI diss. de natura & interpretatione sponsionum. Hal. 1704. 4.

Plurima quidem de sponsionibus dicta hic legum romanarum analogia, ac suffragiis Doctorum probata vides; nihilo secius tamen haec ipsa iuris naturalis esse, & auctori turpe futurum non fuisse, etiamsi vbique sine scripta lege locutus fuisset, lector facile concedet. Interim quaedam speciminis loco decerpamus. Hodie sponsiones pacto initae obligant. Sponsiones duplicem habent conditionem, qua pendente poenitere non licet. Dolus alterutrius reddit sponsionem nullam, qui tamen non adest, si spondentium alter praedicat, se rei certitudinem habere. Sponsiones non modo de rebus futuris, verum etiam de praesentibus, & praeteritis, nec non de controuersis quaestionibus fieri possunt. Sponsio super illicita re prohibita est, quo etiam sponsio pertinet, quo alter alterum edendo vel bibendo superare se spondet. Turpis est sponsio de morte principis vel alius hominis concepta. Verba in sponsionibus intelligenda

sunt

ſunt in *proprio* & *famoſo* ſignificatu. Verba, quibus vſi ſunt ſpondentes, ex conditione & qualitate perſonarum explicari oportet. Deciduntur praeterea nonnullae quaeſtiones difficiles, quales ſunt: quid ſtatuendum, ſi tertius, de cuius aduentu ſponſio inita, propter caſum fortuitum venire impediatur? Quid ſi plures equis currant, & duo ſimul metam attingant?

CAR. OTT. RECHENBERGII Progr. de erroribus ICtorum in ſponſionum doctrina. Lipſ. 1738. 4.

Feliciter profligaſſe errores in doctrina ſponſionum obuios, Rechenbergium, iudicat IENICHEN in *Suppl. ad Bibl. iur. Lip. p. 381.*

GEO. GVIL. DE REIBNITZ de ſponſionibus iure naturae & ciuili illicitis. Witt. 1717. 4.

TOB. IAC. REINHARTHI Diſſ. de ſponſionibus. Erf. 1734.

Breuibus in moralitatem & eſſentialia ſponſionum inquiſiuit beatus auctor.

CHRIST. THOMASII diſſ. de ſponſione romanorum caudina. Lipſ. 1684. & in *Vol. diſſ. Lipſ. 1695. d. VI. p. 428.*

Con-

Conſpectus diſſertationis hic eſt. Hiſtoria belli Samnitici primi §. 2. ſecundi 3) tertii 4) Hiſtoria ſponſionis Caudinae 6) Romani virtute bellica clari 7) non tamen iuſtitia 11) Inquiritur in iuſtitiam belli ſamnitici primi 12) Expenditur pro illa prima Flori ratio, quod ſcilicet id prò ſociis geſtum ſit. 15) tum altera, quod pro deditis 17) tractantur ſimul quaeſtiones: vter ſocius ex duobus praeferendus ſit, ſi vterque auxilia deſideret bellica? 18) item: an liceat ſocium poſteriorem bello defendere contra antiquiorem? 28) Reſpondetur ad ea, quae Albericus Gentilis pro iſtius belli primi iuſtitia profert 30) oſtenditur, quid foedus iniquiſſimum apud Sigonium denotet 31) Porro expenditur, cur in foederis renouatione Samnites expreſſe ſibi cauerint belli ius aduerſus Sidicinos 33) & cur Sidicinorum deditio non aeque a Romanis accepta fuerit, vt Campanorum 35) de iuſtitia belli Samnitici ſecundi 36) Iuſtitia Samnitum inducias violantium 37) Deditio auctoris Brutuli 38) Romanos male iſtam reſpuiſſe deditionem 41) ſtratagema Pontii Samnitis an licitum fuerit 45) Quaeſtio principalis de iuſtitia Romanorum circa ſponſionem caudinam, 46) vbi praemittitur, quid ſit ſponſio, deinde conſideratur 47) (a) an Conſu-

libus romanis ſponſio haec imputanda fuerit 53) (b) an ſponſores obligationi ſuae ſatisfecerint 54) vbi disquiritur, quid reſponderint, an vi huius ſponſionis ad diligentiam & curam fuerint obligati, ſimulque obiectiones exploduntur, 61) probatur, tribunos quidem militum fidem ſuam liberaſſe, 65) non autem reliquos ſponſores, & 66) minime omnium Poſthumium 67) vtpote qui non ſolum Romanis, vt ſponſionem non ſeruarent, ſuaſerit 68) ſed & tribunos militum prolixe refutauerit, 74) imo & perfidiam à Romanis in Samnites, quamuis inepte, transferre conatus fuerit. 78) An romani deditione ſponſorum fidem ſuam liberauerint? 82) quod quidem affirmat Grotius 83) ſed oſtenditur contrarium, & quod non milites tantum, qui ſub Poſthumio militauerant, ad pacem ſeruandam fuerint obſtricti, 84) verum & ipſe populus romanus, non quidem directe ex ſponſione, ſed oblique, ſcilicet ex verſione in rem ſuam.

EIVSD. Diſſ. de Sponſione Romanorum Numantina ad Leg. 4. de Captiv. & l. vlt. de Legation. Lipſ. 1688. & inter *Diſſertt. auct. Lipſ. d. XIV. p. 976.*

STATVS vid. *ratio ſtatus.*

VAL. ALBERTI notitia ſtatus integritatis naturali lumini non patens. Roſt. 1682.

GLA-

GLAFEY *Bibl. iur. nat. & gent. p.* 407.

CORN. BACKERI Diss. de hominum statu naturali, origine ciuium, eorumque salute. Lugd. Bat. 1718. 4.

IOH. ANDR. BERNHARDI Diss. de iure personarum in statu naturali. Vltraj. 1705. 4.

IOH. FRANC. BVDDEI Diss. de comparatione obligationum quae ex diuersis hominum statibus oriuntur. Halae 1703. 4. & in *Sel. iur. nat.* &c. ibid. 1704. 8.

Tractans Buddeus comparationem *officiorum erga alios* ex certo statu pendentium, ostendit primo difficultates, quibus haec doctrina laborat, maximas, indicatque hac de materia scriptores, Ciceronem, Ambrosium, Verulamium, Placcium, Scharrockium, Pufendorfium, Foertschium, quorum sententias mox probat mox reiicit. Manifestatis huius officiorum comparationis fontibus, modisque, descendit ad specialia, v. gr. comparationem parentum inter se, parentum & liberorum, fundamentum ordinis in successione ab intestato, comparationem parentum & praeceptorum, liberorum inter se, cognatorum inter se & cum aliis, amicorum inter se, & cum aliis, dominorum & cognatorum ratione seruorum &c.

IO. MARTIN. CHLADENII ſtatus ciuilis cum ſpacio comparatus ad Pufendorfii Iur. N. & G. L. I. C. I. §. 6. & 7. In EIVSD. *Opuſc. acad. Lipſ. 1741.*

FRANC. CAR. CONRADI de ſtatu naturali Hobbeſii ex corpore iuris ciuilis profligato & profligando. Helmſt. 1744.

HERM. CONRINGII Diſſ. de ratione ſtatus. Helmſt. 1651. 4.

Vid. *ſupra p. 134.* Superſtruxit Conringius materiam ſuam principiis iuris naturae, quorum largam adpoſuit meſſem.

IO. DAN. GIHNLEIN Diſſ. de ſtatu legali. Cob. 1705. 4.

NIC. HIER. GVNDLINGII Diſſ de ſtatu naturali Hobbeſii in corpore iuris ciuilis defenſo & defendendo, occaſione *L. 5. de I. & I.* Hal. 1706. 4.

Vid. *Bibl. huius Part. I. p. 250. ſq.*

IO. NIC. HERTII Diſſ. de differentiis iuris in ſtatu naturali & aduentitio. Gieſſ. 1705. 4.

GOTTL. FRID. IENICHEN de ſtatu ſubditorum naturali. Lipſ. 1721. 4.

HENR. CONR. KOENIGII Schediasma de hominum inter feras educatorum ſtatu

tu naturali ſolitario. Exiſtentia ſtatus exemplis indubitatis probatur, indoles eiusdem explicatur, illuſtratur, denique vſus in iurisprudentia naturali oſtenditur. Hannov. 1730. 4.

Conf. *Part. I. Bibl. huius p. 265.*

GOD. REIN. KOESELISII Diſſ. de iure perſonarum ex ſtatu hominum naturali. Lipſ. 1733. 4.

FRID. ALEX. KüNHOLDVS de ſtatu naturali rerum publicarum. Lipſ. 1723. 4

PAVL. LINSIVS de ſtatu naturali & legali. Ien. 1614. 4.

IO. IAC. MüLLER de imperio ciuili in ſtatu innocentiae extituro. Jen. 1703. 4.

IO. ERN. SCHVBERTI de vario hominum ſtatu morali. diſſertationes duae. Witt. 1739. 4.

HENR. LVD. WERNHERI Diſſ. de aequalitate hominum in ſtatu naturali. Lipſ. 1702.

Argumentum diſſertationis enarratur in huius *Biblioth. Part. I. p. 12. ſq.*

STIPVLATIO.

FRID. BALTH. HüBLERI Diſſ. de eo, quod ſecundum naturalis aequitatis principia

 cipia

cipia nemo tertio valide possit stipulari. Lips 1728. 4.

STRATAGEMATA v. *Bellum* & *dolus*.

IO. PETR. BANNIZAE Nodus gordius nouus heurematum bellicorum ex iure tam naturali quam gentium, nec non regulis prudentiae & historia antiqua & noua. Würceb. 1738. 4.

PAVL. BOLHORNII Diss. de moralitate Stratagematum. Lips. 1685. 4.

Conf. MOLLER *Cimbr. lit. T. I. p. 55.*

IAC. AVG. FRANCKENSTEINII oratio inauguralis de dolo in bellis illicito. Lips. 1721. 4.

IO. HENR. KRAVSII diss. de fallaciis politicis. Lips. 1705. 4.

ELIAE REVSNERI Strategematographia. Francof. 1609. 4.

IO. FRID. ROBERI Progr. de Stratagematibus. Gerae 1673. 4.

IAC. ROESERI diss. de iustitia strategematis in comburendis nauibus Batauicis a Britannis ante biennium instituti. Witt. 1668. 4.

IO.

IO. FRID. ROSTII diſſ. de ſtratagematibus politicorum, ſeu variis dominandi artibus ex mente veterum. Lipſ. 1734. 4.

IAC. SCHALLERI diſſ. de rebus ſtrategematicis. Argent. 1657. 4.

IO. GEO. SCHERTZ de dolo in hoſtem licito. Argent. 1703. 4.

IO. ANDR. SCHMIDII arcana dominationis in rebus geſtis Cromwelli. Jen. 1682. 4.

IO. IOACH. SCHOEPFERVS, an commeatu falſo vti liceat ad fallendum hoſtem? Roſt. 1713 4.

CHRIST. CAR. STEMPELII diſſ. de ſtrategematibus bello licitis. Witt. 1713. 4.

STVPRVM vid. *Moderamen Pudicitia.*

SVBDITVS.

vid.

Ciuis, Imperium, Maieſtas, Princeps, Rex &c.

IO. CHRPH. BECMANNI diſſ. de pietate ſubditorum erga principem. Francof. ad Viadr. 1679. 4. & in *Diſſ. acad.* ibid. 1684. *d. 6.*

THEOD. BERGERI diſſ. de obligatione ſubiectorum ad cognoſcendas in ciuitate leges, & termino, a quo praeſumatur cognitio. Coburg. 1738. 4.

BARTHOLOMAEVS DE LAS CASAS vtrum reges ciues ac ſubditos a corona alienare poſſint? Editio *Wolfgangi Grieſſeteri*. Jen. 1678.

Conf. *Bibl. iur. imp. pag. 214.*

GEO. FRID. DEINLINI diſſ. an & quatenus ciues ad arma pro republica capienda cogi poſſint. Altd. 1719. 4.

IO. PAVL. FELWINGERI diſſ. de ſubditis. Altd. 1657. 4.

IOH. BERNH. FRIESII diſſ. de iure principis circa bona ſubditorum. Jen. 1711. 4.

HENR. GEBH. A MILTITZ oratio de ſubditorum erga regnatrices poteſtates praecipue duriores officio. Witt. 1654. 4.

IO. IAC. MüLLERVS de obligatione ſubditorum ex delicto ſummae poteſtatis ad Hug. Grotii de iure B. & P. L. II. c. 21. Jen. 1689. 4.

CHRIST. ERDMANNI PFAFFREVTERI diſſ. *prima*, limitum, quibus ſubditorum

ditorum erga imperantes terminatur fides, inquisitio generalis. Lipſ. 1705. 4.

Praemiſſis ſubiecti, Principis & Fidei definitionibus, huiusque a pietate diſtantia, ſtatus controuerſiae proponitur, qui eſt: *quousque ſubditi principi teneantur obedire.* Poſt haec Monarchomachorum ſcripta ſub examen vocantur, Iunii Bruti, Buchanani, Miltonii, aliorum, a quibus fit tranſitus ad principum patronos Machiauellum, Hobbeſium, atque Salmaſium, qua occaſione oſtenditur, quare tanta Machiauellum paucitas imitetur. Ipſi vero limites fidei imperantibus debitae ipſa natura duce in fine & origine imperii quaeruntur, quae, vti partim ex iniuncto vnicuique ſecundum rationem ſe conſeruandi ſtudio, partim ex remediorum hunc in finem neceſſariorum inopia, qua plerique homines laborant, repetitur, ſic duo inde quaeſiti ſunt limites, alter conſeruatio ſubditorum ad rationis leges attemperata, ſeu vtilitas, alter exiſtimatio imperantium ſine qua illa obtineri nequit. Quam ſententiam auctor errantium opinionum reiectione, & inſtituta cum clariſſimorum politicorum ſententiis comparatione, & manifeſta ſuae ſententiae cum verbo diuino conuenientia comprobare ſtudet.

